



1844

1. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 2. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 3. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 4. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 5. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 6. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 7. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 8. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 9. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 10. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*

1845

1. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 2. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 3. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 4. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 5. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 6. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 7. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 8. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 9. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*
 10. *Hydrophilus* *Hydrophilus* *Hydrophilus*





1644.

1. Fibiſius, Godefridus: De cessione lucis.
2. Fibiſius, Godefridus: Resolutio § 2. l. 38. de poenis
3. Puccschreck, Zacharia: De investitura.
4. Schelhammerus, Christophorus: Hydrops tympanites
5. Schenck, Johann Theodorus: De materia surgente.
6. Ungewiss, Erasmus: De conventionibus manuum infel.
Tomo

1645

1. Fibiſius, Godefridus: De litis contestatione
2. Krauss, Rudolph Wilhelmus: De regalibus.
3. Krauss, Rudolph Wilhelmus: De usucapionibus.
4. Krauss, Rudolph Wilhelmus: De verigeldis.
5. Krauss, Rudolph Wilhelmus: De defensione necessaria.
6. Krauss, Rudolph Wilhelmus: De foro competente.
7. Richter, Christophorus Philippus: Disputatio inang. de
universum juris nostri systemate vclibata

1645

J. Sagittarius, Johann Christfriedus :

1646.

1. Krauss, Rudolph Wilhelmus : De codicillis.
2. Richter, Christophorus Philippus : De transactionibus.
3. Richter, Christophorus Philippus : De injuriis et
famosis libellis.
4. Richter, Christophorus Philippus : De apostolis.
5. Sagittarius, Joh. Christfried : De origine salariorum
et stipendiorum litterariorum.
6. b. c. Struve, Georgius Adam : De aedificiorum priva.
forum jure. 3 Sumpt. 1646 - 1745.
7. Angepaus, Hermannus : De libello.





71.



1644, 1
1

DISPUTATIO INAUGURALIS
De
CESSIONIBUS

Quam
Divinâ Adspirante Gratiâ
Auctoritate & Consensu Magnifici atque Nobilissimi
Jctorum Ordinis in illustri Salana,

SUB PRÆSIDIO,
VIRI

Nobilissimi, Amplissimi Consultissimi atq; Excellentissimi,
DN. GOTHOFREDI FIBIGII,
Jcti & Antecessoris in hac Academia celebra-
tissimi, Consilarii Saxonici gravissimi, Dicasterii Pro-
vincialis & Scabinatus Adfessoris meritissimi, Præce-
ptoris, Promotoris & Hospitis sui, omni ho-
noris & observantiæ cultu ætatem
prosequendi.

Pro LICENTIA, privilegiis & immunitatibus
Doctoralibus in Utroq; Jure consequendis.

Publicæ Eruditorum disquisitioni
in Auditorio Jctor. add. Maii exhibet
Godofredus **Scheffer** Gorlitius.

JENÆ
E Chalcographéo LOBENSTEINIANO.
Anno M. DC. XLIV.

UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

LIBRARY

MAGDEBURG

UNIVERSITY

LIBRARY

MAGDEBURG

UNIVERSITY

LIBRARY





ANTILOGIUM.



N omnibus conaminibus, & actionibus nostris Magni & Præpotentis Dei auxilium semper implorandum est Nov. 85. in pr. Cuncta enim benè geruntur, & competenter, si rei cujusdam principium fiat decens, & amabile Deo Nov. 6. in præf. pr. c. 16. in fin. c. 26. q. 7. E contra difficile est, ut bono peragantur exitu, malo quæ sunt inchoata principio c. 25. caus. 1. q. 1. Ea propter & ego materiam CESSIONUM, ut utilem & fructuosam monente Dn. Carpz. p. 2. C. 18. def. 16. n. 3. ita & necessariam pro tenuitate, & viribus ingenioli loco disputationis Inauguralis propositurus merito ab Invocatione Nominis Divini rem aggredior. Quod, ut eò felicius fiat, hanc cessionum materiam examinabo, ut constituendam & ut constitutam: Illam tam generaliter per definitionem, atq; divisiones, quàm specialiter per causas proponam: Constitutam autem, & Effectus, & cognatorum nec non dissolutionis contrariatione pertractabo: Sit itaq; thesis:

1. Cessio constituenda consideratur & in genere, & in specie. In genere in sua definitione, quæ vel est Nominis, vel Rei, itemque divisionibus.

2. Definitio Nominis in Notatione consistit, Æquivocatione, & Synonymiâ.

3. Notationem quod spectat, Cessio à Cedo dicta videtur, quia debitor se removet à rebus suis, easque cedit alteri, cum cedere sit quasi discedere, & alterum suo loco ponere, andern das seinige vbergeben/ einräumen/ abtreten/ Menoch. d. retin. poss. remed. 3. n. 261. Hering d. fidejus. c. 27. n. 5.

4. Sequitur Æquivocatio, vel Homonymia: Non una enim Cessionis significatio. Sumitur 1. Pro quasi traditione l. 6. § ult. ff. ad Trebell. cū in incorporalibus sit loco

traditionis, ut innuit *Gloss. in l. ad eum ff. de donat. l. 11. de ser-*
vitut. R. P. l. ult. C. quando fiscus, vel privatus Hillig. ad Donell.
l. 15. c. 53. lit. a. Bach. ad Treutl. v. 2. d. 27. hb. 2. lit. d. Menoch.
de retinend. poss. remed. 3. n. 260. 2. Actionibus in l. 27. §. 1. d.
Minor. l. 12. de re Jud. l. 3. §. 5. de in rem verso possessione l. 33.
§. 3. d. usurpat. & usucap. item foro cedere, l. 7. §. 1. de possess.
l. ult. de curat. bonor. dand. nec non peculio & usufructu l. 7.
§. 1. de tribut. act. cedere dicimur. 3. Pro ipso beneficio ceden-
di bonis, quod Impp. debitoribus concesserunt t. t. ff. & C.
qui bonis ced. poss. Novell. 135. Meier in Colleg. Argentor. lib. 42.
tit. 3. hb. 2. 4. Pro ipso actu cedendi arg. l. ult. ff. de cession.
bonor. quo in significato & à me hâc vice accipitur.

5. Synonymia multiplices Cessionum appellationes
suppeditat. Cessio enim nonnunquam appellatur distractio
l. 4. ff. de hered. vel act. vendit. l. 5. §. 9. de bonis eor. qui sub tu-
tel. nonnunquam alienatio Schelling. in tract. de act. & Except.
p. 366. Dn. Carpz. lib. 5. tit. 5. Respons. 35. & Resp. seqq. Cessio
enim in jure communis alienatio est, & mancipi rerum, &
nec mancipi, quæ fit per tres personas in jure cedentis Ulp. tit.
19. nonnunquam Venditio, ut in Cessione Nominis l. 36. ff. de
fidejuss. l. 11. C. eod. tit. nonnunquam translatio Bald. in c. 1.
per quos fiat investitura Donell. l. 15. c. 43. ibiq; Hillig. lit. a. non-
nunquam in solutum datio Rittersb. ad Const. Novell. p. 2. c. 3.
n. 14. ubi etiam n. 20. tractat in quibus Cessio & solutum. datio
convenient, & discrepent.

6. Positâ itaque definitione Nominali realis succe-
dit. Cessionem verò in genere sic describi posse puto: quod
sit translatio rerum in Creditorem, aliamvè personam le-
ge permittente facta.

7. Dividitur Cessio in *generalem, & specialem*: *Generalis*
omnia bona, mobilia, & immobilia, præsentia, & futura
continet, *Specialis* certam partem respicit, nec ad alia, quam
quæ speciatim denominata sunt, extendenda. *Generalis autem*
tunc demum de futuris bonis interpretanda est, ubi scil. bona
præsentia d. debita solvenda Creditori haud satis sunt. De
inde. 2. *Cessio alià est bonorum, alia Actionum: illa nihil ali-*
ud

nd est, quam Cessio omnium bonorum in Creditorem à debito-
re non solvendo existente evitandi carceris, squaloris, alia-
rumque molestiarum causa facta. Hac est desinente Bachov:
in. tr. d. act. disp. 4. th. 3. modus transferendi, quo interveni-
ente mādato actio, quatenus potest, in alios trāsit. Porrò non
incommodè dispescitur 3. in Judicialem, sive Necessariam & vo-
luntariam, seu Conventionalem, quæ & extrajudicialis appellita-
ri potest per l. ult. de Cess. bon. l. 2. l. 6. C. eod. Bach. ad. Tr. v.
2. d. 24. th. 4. l. C. Donell. l. 15. c. 43. impr. quæ posterior hâc
ratione fundatur, quod prætor pacta servari jubeat l. 7. §. 7. de
pact. cum nihil humanæ fidei tam congruum sit, quàm ea,
quæ inter eos placuerunt, servare l. 1. de pact. l. 1. de constit. pecun.
Estque ea, quæ ex partium conventionem nullo cogente jure
ex utriusque, & Cedentis, & Cessionarii liberrimâ vo-
luntate proficiscitur, ut est in hereditatum ac nominum ven-
ditoribus .tit. ff. de hered. vel act. vend. itemque in solutum
dantibus nomen volente Creditore, vel ex quâ debitor, se
ad Cessionem non factæ solutionis obligat, quod & facere
potest, cum etiam ad carceres quis se ex causâ civili efficaciter
obligare possit arg. l. 1. C. si in caus. judic. pign. capt. sit, quæ
obligatio etiam ad effectum, si debitor non solvit destinato
tempore post excussionem bonorum, deducitur. Coler. de
process. Execut. p. 1. c. 6. n. 45. & 80. Meier in Colleg. Argentor.
d. 1. 3. th. 3. quia indignus est beneficio libertatis, qui sciens
ad pretiū participandū illo se abdicavit. l. 1. ff. quibus in libert.
proclam. non lic. Hillig. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. z. Coler. de process.
Execut. p. 1. c. 6. n. 10. cum multis seqq. Cui ad stipulatur Au-
gust. Elector. p. 2. c. 27. à pr. Ungeachtet aller disputation, so
wird solches pactum vor beständig/ vnd kräftig geachtet: ibid.
Dn. Carpz. def. 1. & 2. Berl. p. 2. concl. 28. n. 11. ita tamen,
ut in carceratio mediante Judicis officio fiat, cum
pactum haud valeat, quod Creditor debitorem
propriâ autoritate capere, & includere possit, si in termino
solutionem non præstiterit Alex. in l. alia. §. eleganter ff. solu-
to matrim. Brunn. d. Cess. Bon. q. 20. d. Const. 21. in pr. Jedoch
also/ daß dem Gläubiger das anhalten/ oder gehorsam legen
nicht.

nicht vor sich alleine gestattet/ es were sonst *privatus carcer*, sondern daß der Gläubiger vermittelst des Richters/ oder der Obrigkeit Hülffe auff die vorhergehende Vereinigung der *Execution* suchen soll. *Secus*, si locus juris executioni esse nequeat ob temporis angustiam, & debitor pecuniam secum auferat, nec copia judicis in promptu sit, atque ita periculum in mora. Tunc enim licet creditori in pede fugitivo constitutum capere *l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. creditor. l. 7. §. 2. ff. qui satisdar. cog. Hering. c. 5. n. 38. d. constit. 21. §.* aber wenn der Schuldner auff flüchtigen Füßen ist / *ibiq. Dn. Carpzov. dict. definit. 4. n. 13.* Atque ita hoc casu contra legem haud factum esse existimat Jctus in *l. 9. de serv. export. cum periculum moræ non patiatur formam judicii, & licitum sit in tali casu sibi jus dicere, l. 54 C. de Decurion. quia in jure cautum est, quod ubi periculum est in morâ à comūnis juris regulis recedatur l. 5. §. 11 de operis nov. nunc.* Vnde Laico ita Clericum fugientem capere licentia, & potestas datur, ut ipsum ad Judicem Ecclesiasticum ducat Köppen *decis. 29. n. 15. Gail. 2. observat. 14.* illumque fugientem ex domo suâ expellere etiam diebus feriatis *Mynsing. cent. 4. Observ. 69 n. 10. 11. Zanger de Except. c. 7. n. 10.* Necessaria, seu Judicialis est, quam quis nolens volens interveniente Judicis decreto suscipere cogitur. Exempla sunt in *l. 38. de Eviēt. l. 28. D. Mandat. l. 11. C. de Fidejuss. §. l. 39. d. 1.* Denique alia est ex *jure communi*, alia ex *Jure provinciali Saxonico*. Illa attenditur in terris *Romani Imperii*. Hæc vero probatur in ditionibus & terris *Saxonis*. Ubi *Sereniss. Elector. sub dato Dresd. d. 4. Februarij d. Anno 1614. Constituit §.* Wie denn auch also/ daß keine *Cession* für kräftig zu achten/ es sey dieselbe *coram competente Judice* vollzogen / vnd *Actis publicis* insinuiret, Adde *Dn. Carpzov. p. 2. c. 23. defin. 8. l. 6. t. 5. Respons. 35. n. 6. §. d. tit. 5. R. 37. n. 1. Heig. p. 2. q. 5. n. 24. §. seqq. Berlich. p. 2. concl. 29. n. 28.*

8. Et tantum de *generali Cessionum* constituendarum consideratione: *Specialior* nunc sequitur, quæ consistit in *Causarum* indagazione, & earundem explicatione.

9. II-

9. Illarum aliæ sunt *Externa*, aliæ *interna*. *Externa* sunt, *Efficiens*, & *Finis*. *Efficiens* est, vel *principalis*, vel *minus principalis*, *Propinqua*, & *Remota*.

10. *Causa Efficiens principalis propinqua* sunt Personæ, quæ jus Cedendi habent, sive sint Creditores l. 22. l. 23. C. mandat. sive debitores t. t. ff. & C. de Cess. honorum sive heredes, sive aliæ personæ d. l. 22. l. 23. C. mandat. t. t. ff. & C. de hered. vel. act. vendit. Principaliter verò jus cedendi bona datur debitoribus, in quibus nihil interest, illi aut purè aut in diem, aut sub conditione debeant, ad hunc nimirum effectum, ut cautionem præstent, se solvere vel cedere velle, si dies vel conditio extiterit arg. l. 41. d. jud. l. 16. comm. divid. l. 27. pro socio, sive ad dandum, vel faciendum obligati l. 42. §. 4. d. O. & A. vel cujuscunque conditionis aut sexus fuerint Masculi & Fæminæ l. 7. C. qui bon. cedere poss. Nov. 134. Brunn. d. cess. bonor. q. 4. princ. cum seqq. Wesenb. in paratit. de cession. Bon. n. 3. Gaudent etiam eo jure cedendi tam pater, quam filius fam. de l. 7. C. qui bon. ced. poss. nec de filio fam. dubitandum est, an ei beneficium hoc concessum sit, cum ex contractibus suis tanquam paterfam. obligetur, & conveniri possit, l. 39. de O. & A. §. 6. l. de inutilib. stipulationib. Tr. v. 2. Disp. 24, th. 4. lit. a. ibiq. Bachov. Menoch. de arbitr. jud. cas. 183. n. 12. adeò, ut in solidum condemnari queat, l. 5. pr. quod cum eo l. 44. & seqq. de pecul. l. 10. §. ult. d. fidejus. Meier d. tit. 3. th. 3. Extra enim contractum mutui cessat SCtum Macedon. quare legitimè conveniri, & cedere, & per ejusmodi cessionem carcerem effugere poterit. Imò & usurarii, si modo consuetum, & determinatum usurarum modum non excesserint, qualis non tam de generali consuetudine, quam lege Imperii habetur in Recessibus de An. 1500. 1539. 1548. 1577. von Bucherl. Contract. &c. in Recess. Wormatiens d. An. 1586. Et in Electoratu Saxonico jure provinciali in Constit. Mauri. de An. 1555. tit. von wucher Constit. Elect. 30. p. 2. de An. 1572. & Ordinat. Torgens. de An. 1583. von wucherl. Contract. Item negantes debitum licet convicti fuerint l. 1. C. b. t. ubi habetur judicatum i. e. damnatum posse cedere, ne
in

in carcerem detrudatur. Ex quibus clarè evincitur, debitorem, qui negavit debitum hoc cessionis beneficiò minimè privari. Eum enim qui condemnatus est, debitum negasse oportuit, cum iudicium in invitum, & contra dicentem reddatur. *l. 83. §. 1. de V. O.* & in confessum nullæ sint partes, sicque sententia nulla proferatur. *l. un. C. de confess. l. 1. l. 6. §. 2. ff. eod. l. 11. §. ult. de interrogat. in jure faciend. Hillig. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. EE.* Excommunicati *c. 10. de Clerico excomm.* quia citari & conveniri possunt Gail. *d. P. P. c. 12. n. 22.* Hillig. *ad Donell. l. 17. c. 15. lit. d.* & Banniti. modo sint banniti ex eâ causâ, ex quâ bona non publicantur. *arg. text. constit. Crimin. Carol. V. artic. 218.* ubi bona extra Crimen læsæ majestatis haud veniunt Speculat. *de Cess. act. n. 26. & in addit. lit. q.* vel si post hanc deportationem in omnibus sint restituti *arg. l. 1. 4. 7. C. qui bon. ced. poss. Meier. d. 1. 3. th. 3. Brunn. q. 15. quartæ principal.* An autem ita restituti bona confiscata in tertium translata per restitutionem istam recuperent? Negat Tennin. *in tract. Cautel. 208. n. 5.* ubi hanc cautelam bannito suppeditat, ut procuret restitutionem cum clausulâ, quod restitutio sit plenissima, ita ut nihil possit obiici de banno, & bonorum confiscatione; tum enim restitutionem ad bona tertio quaesita trahi posse putat per rationes & fundamenta num. 7. quod tamen minimè ad fructus perceptos extendendum *n. fin. Cedunt insuper heredes non conficientes inventariū.* Quamvis enim ex confectioe securus & tutus in omnibus reddatur heres, ne in solidum conveniri possit. *l. 22. §. 11. C. de jure delib.* si tamen illud omiserit conficere, tunc omnibus & Creditoribus, & Legatariis obstrictus est, quia ex ejus personâ obligationis Conditio, seu qualitas non est immutata. *l. 2. §. 2. d. V. O.* cum & aliàs qui contrahit pro se hæredeque suo contraxisse existimetur, utique ex quo defunctus tenetur ex eo paritèr & hæredem obligatum esse firmiter dici potest: *§. 2. I. d. fidejus. l. 24. eod. tit. l. 49. de O. & R. l. un. C. ut act. ab hered. & contr. her. l. 1. C. de hered. act. l. 22. de usucap. l. 62. l. 59. l. 143. de R. J. Br. in l. 3. §. fin. quib. ex caus. in poss. cat.* quomodo etiam solidum præstare debet *vi l. ult. §. 12. & 14. C. de*

C. de jure delib. Novell. 1. c. 2. Auth. sed cum C. ad L. Falcid. Bachov. ad Treut. v. 2. d. 24. th. X. lit. e. Don. lib. 17. c. 3. De Jure autem Saxon. hæredes ultra facultates ex causâ hujus omissionis non conveniuntur. per text. *in art. 6. wer das Erbe nimbt lib. 2. Landr. Zobell. p. 2. diff. 55. Reinh. p. 6. diff. 57. Coler. d. process. execut. p. 2. c. 3. n. 384.* Et ita à Dnn. Scabin. Lips. aliquoties pronunciatum fuisse refert D. Carpz. *l. 6. t. 7. R. 73. n. 15. & seq.* heredes vero immiscentes sese hereditati ad confectionem inventarii, vel juratam specificacionem sunt obstricti per *l. 2. C. quando & quibus 4. pars l. 10. l. ult. §. 10. C. d. jur. delib.* Usus tamen harum regionum ita observat, ut alterutrum sufficiat, & in subsidium saltem juramentum exigatur, quò respicit *Const. 33. p. 3. §. damit aber verbis ein Inventarium & c. processus Jud. tit. 19. von vertretung des Gewissens §. wann einer Dn. Finckel. O. 76. Dn. Carpz. ad d. C. 33. d. 8. l. 6. t. 7. R. 65. n. 14. & seqq.* adeò ut pater de malâ administr. suspectus *arg. l. 2. C. qui & advers. quos restit. & c. mater, vel vidua cogi possint inventariū conficere, vel in ejus defectu mediante juramento rationes reddere l. 2. l. 21. rerū amotarū d. c. 33. damit aber vers. so muste sie Dn. Carpz. l. 4. t. 3. R. 21. n. 9. & seqq. l. 6. t. 7. R. 69. n. 1. & seqq.* qui ibid. Dnn. Scabinorum. sentent. recenset, Plura de his d. Dn. Carpz. *d. t. 7. R. 65. 66.* Non minus obligans se ad factum vid. ut pingere, ædificare, vel alias similes operas præstare velit, & si eas non præstiterit, illas cum amissione precii promissi ad persolvendum interesse, conveniatur *l. 35. d. præscript. verb. Don. l. 13. c. 9. rectè cedit, quando nimirum bona non sufficiunt ad interesse præstandum (sæpius enim interesse ipsum pretium rei excedit l. 1. d. act. Emt.) Brunn. q. 4. princ. n. 2.* Si vero ad ejusmodi facta quis sit obligatus, puta si librum scribere aut alias operas similes promiserit, quarum æstimationem propter egestatem refundere haut possit, operas tamen ipse præstare valeret, ad cessionem sese offerens non auditur *l. 54. §. ult. ff. d. V. O. Coler d. process. Execut. p. 1. c. 9. n. 28. 29. Meier. in colleg. Argentor. d. t. 3. th. 5.* Præterea mulieribus cessionis beneficium indulgetur *l. 7. verb. utrius-*

B

que

que *sexus C. h. t. Novell. 134. c. 9. v. si vero mulier.* Wefenb. in *paratit. 3. t. n. 3.* Dn. Carpzov. *p. 2. c. 15. def. 6. n. 4.* Etenim licet olim de Jure Codicis & pro delicto fiscali, & alio debito in carcerem conici potuerint, attamen de jure novo, nec pro debito fiscali, quamvis bonis non cedant, carceribus includi possunt. *Auth. hodiè C. d. custod. reor. & Auth. sed hodiè C. d. offic. divers. Jud.* Idem de Jure Sax. dici potest per ea, quæ habet Dn. Carpzov. *p. 2. c. 22. def. 29. per tot. Berlich. p. 2. concl. 28. n. 32. 33.* Et quia fœmina, de Jure Saxon. non sui juris, sed in potestate Mariti constituta est, ea sine mariti tanquam Curatoris legitimi ehlichen Vormundens/ vel alterius Curatoris, qui ad litem Curator dicitur frigischen Vormundens consensu atq; autoritate, per se nihil facere, nec alienare, utique nec cedere potest: Quia consensus Curatoris ad contractum mulieris de forma, & substantiali solennitate requiritur Hillig. *ad Donell. l. 18. c. 3. lit. a.* Dn. Carpzov. *p. 2. c. 15. d. 1. 2. & 3. d. p. 2. c. 22. d. 19.* Heig. *p. 1. q. 19. n. 27.* Berlich. *p. 1. concl. 15. n. 3. & seqq. & p. 2. concl. 17. n. 102.* Hoc verò Cessionis beneficio haut opus habent, quibus competentia privilegium competit, Cujusmodi personæ sunt (1) Clerici *arg. c. Odoard. extra de solut. arg. c. ut fame. 35. extra d. sentent. excommunicat.* Hillig. *ad Donell. l. 27. c. 9. lit. N.* Coler *de process. execut. p. 2. c. 3. n. 119.* Berlich. *p. 2. concl. 28. n. 37.* quibus pro alimentis congrua portio, ne egeant, reservatur per *l. 173. d. R. I. d. c. Odoard. X. de solut.* Menoch. *2. arb. judic. cent. 2. cas. 183. n. 29. 30.* Bachov. *ad Tr. v. 2. Diss. 24. th. 4. lit. b.* In opprobrium enim totius ordinis cederet, si ad mendicitatem eorum aliquis redigeretur. Hillig. *d. c. 9. lit. c.* (2) Milites *l. 6. pr. l. 18, pr. d. re judic.* Coler. *d. process. execut. p. 1. c. 6. n. 162. p. 2. c. 3. n. 153. 158.* Menoch. *lib. 1. arb. q. 88. n. 9.* Brunn. *q. 11. quest. princip.* Hillig. *ad Donell. d. c. 9. lit. N.* Berlich. *p. 2. c. 28. n. 36.* etiam si missi sint, *d. l. 6. & l. 18.* Nisi litis causa militiam susceperint *l. 1. §. 1. C. qui milit. poss.* Nisi sint grassatores, & Latrones, qui Freybeuter indigitantur, aut alii, qui, ubi in hyberna deducti sunt, aliove, quocunq; tempore expeditionis, aut officiorum obliti inhiant hospitiiis, ac
præ-

prædiis, civibus, & incolis variis titulorum generibus pecuniam extorquent, deprædantur rusticos, omnia devastant, deliciis, & comotationibus indulgent, & rarò prælio, ac ne vix quidem cum hoste dimicant: So die Strassen reine halten/ Burger/ vnd Bawer auff viel Mittel vnd Wege ausspressen/ Kisten/ vnd Kasten auffschlagen/denselbigen aus lautern Frevel vnd Mutwillen/nur zu dem Ende/das man sehen soll/das sie auch Soldaten bedeuten/alles in Grund verderben/ verwüsten vnd auszehren/ auch wo nicht ganz vnd gar / doch selten einen todten Menschen sehen/ vnd anders nicht/ als Pflastertreter/ Grosssprecher/ Kürmesbrüder// Stuben- vnd Hellebrütter geben. Hos indignissimos privilegiis puto. Quis enim eos secundum *l. 1. §. 1. ff. d. milit. testam.* milites appellabit? quis tales homines, qui in perpetuum in hospitiiis cum vitris, & parinis certant, pro Rep. multa sustinuisse, pro patriâ, pro aris & focis acriter pugnasse dicere vellet? (3) Ob status conditionem, & qualitatem hoc beneficio gaudent, Nobiles & aliæ personæ Illustres, cum hujusmodi personæ quæ in dignitate sunt constitutæ, carceribus mancipari haud possint: *arg. l. 3. §. 16. d. susp. tutor.* Dn. Carpzov. *p. 1. c. 32. d. 15.* Berlich. *d. concl. 28. n. 40. & seqq.* Coler. *d. p. 1. c. 6. n. 186.* Verùm id usu non servari, sed executionem in solidum fieri posse docent d. Coler *p. 2. c. 3. n. 114.* Scheffer. *p. 3. q. 14. n. 4.* Dn. Finckelthusius *Observ. 113. n. 14.* & ita in Curia Provinciali Ducatus Gorlicensis in concursu Creditorum Nobilium observatum fuisse memini. Doctores tamen communiter hoc restringunt ad eum casum, quam restrictionem etiam Dn. Carpzov. *d. defn. 15. in fine,* & *p. 2. c. 6. in fine habet,* ubi nimirum æquè Creditor, si non solidum consequeretur, in mediâ laboraturus esset & tunc nec ullum respectum ad splendorem habendum esse dicunt, quam sententiam Magnificus Jctorum Jenensium Ordo pronünciando approbavit ad requisitionem Senatus Arnstadiensis. An. 1640. d. 20. Novemb. Hisce annumerantur (4) Doctores omnium Facultatum, (Dissent. quoad Doctores Theologiæ, & Medicinæ Berlich. *d. concl. 80. n. 53. & p. 2. concl. 28. n. 38.*

quoad Medicinæ Doctores Hilliger *ad Donell. l. 27. c. 3. lit. G. g.*) Professores, Licentiati, Advocati *l. 14. C. d. adv. divers. jud. l. ult. C. d. inoff. testam. Magistri, l. 6. C. d. Profess. & Medic: arg. l. 8. C. de summa Trinitate Bachov. ad Treut. v. 2. disput. 24. th. 4. lit. b.* Hillig. *d. c. 9. lit. N.* Dn. Carpzov. *p. 1. c. 32. def. 18. per tot. Berlich. p. 2. concl. 28. n. 38.* Coler *de process. execut. p. 2. c. 3. n. 119.* (5) Ob reverentiam & affectionem, & sanguinis vinculum beneficium competentia habent Parentes *l. 16. l. 17. l. 19. l. 22. §. 1. l. 30. l. 41. l. 49. ff. d. re jud. l. 9. d. obseq. Parent. & Patron. prest. Dn. Finckelthaus Observat. 113. n. 16.* Berlich. *p. 2. concl. 28. n. 36.* Coler *p. 2. c. 35. n. 117. 153.* Quod tamē respectu liberorū emancipatorū ex audiēdū; De cæteris enim, qui adhuc sunt in sacris paternis, nullū dubium est, quod ipsis hoc denegetur, siquidem illi nec possunt parentes in jus vocare *arg. l. 6. d. in jus vocand. l. 4. d. jud.* (6) Liberi *l. 18. soluto matrim. l. 30. d. re judic. Finckel. d. observ. 113. n. 16.* Coler *d. p. 2. c. 3. n. 117.* Donell. *d. l. 27. c. 9.* & quidem in infinitum Hillig. *ad Donell. d. c. 9. l. d.* (7) Fratres *l. 17. d. re jud. Accursius & alii in l. 63. ff. pro socio,* ubi beneficium, istud ideò socio conceditur, quia fratris loco habetur, ergò multò magis fratri concedi debet. (8) Maritus *l. 12. cum duab. seqq. l. 54. soluto matrim. l. 17. l. 19. l. 20. ff. d. re judic. §. 37. §. d. act. l. 173. d. R. I.* Neque tantum in dotis petitione id servandum est, sed in aliis quoque contractibus, si ex his maritus ab uxore iudicio conveniatur *l. 20. d. jud. Bachov. ad Tr. v. 2. disp. 24. th. 4. lit. b.* semper enim ratio habenda est ejus, ne egeat. *l. 12. solut. matrim. Donell. d. c. 9. ibique Hilliger. l. f. & lit. ce ff.* Dn. Finckelthaus. *observ. 113. n. 16.* Coler. *d. n. 177. 1.* Nisi conveniatur ex contractu post divortium habito *l. 35. d. Negot. gest. Donell. d. l. 27. c. 9.* 2. Nisi renunciaverit beneficio competentia, & sponte illud cessionis beneficium arripuerit *arg. §. 5. I. quod cum eo l. 9. d. l. condict. indebit.* 3. Nisi mulier adeò inops esset, ut ad victum dos ei necessaria esset, licet maritus egeat, & paupertate prematur. Æquius enim est, ut maritus potius mendicet, vitæque alimentata ostiatim quærat, quam mulier suo careat *arg. l. 5. §. penult. d. lib.*

d. lib. agnosc. l. 20. l. 29. C. de jure dot. l. 22. §. 1. d. donat. inter vir. & uxor. Hillig. ad Donell. d. l. 27. c. 9. lit. Oo. 4. Nisi Artifex & operarius sit, ita ut labore artificii alimenta consequi possit arg. l. 30. d. re jud. l. 5. §. 7. ff. d. peculio. Hoc enim casu audiendus non est, si de dote aliquid detrahere velit, bonis tamen cedere non prohibetur Brunn. q. 20. quare pr. n. 26. Dn. Carpzov. p. 2. c. 32. d. 16. n. 5. 5. Nisi extraneus agat adversus maritum ad dotem restituendam, quam mulieri dedit, quia lege cautum non est, marito hoc tribuendum esse, ut in id quod facere possit condemnetur, quando ab extraneo dotis nomine conveniatur, tum quia in hoc casu ratio maritalis reverentiae deficit l. un. §. 7. C. d. rei uxor. act. l. 14. in fin. solut. matrim. Atque in his casibus cessio Marito datur. Denegatur verò ei I. Si in fraudem mulieris bona alienarit. l. ult. §. ult. quae in fraud. Credit. l. 21. l. 18. §. 1. d. re jud. l. 28. §. 1. solut. matrim. Hillig. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. Dd. Bachov. ad Treut. v. 2. d. disput. 24. th. 4. lit. K. 2. Si ipsius culpa matrimonium sit solutum c. 1. extra d. donat. inter vir. & Uxor. 3. Si ex dilecto conveniatur l. 22. §. 1. d. re jud. (9) Socer, & socrus, si modo dos petatur constante matrimonio l. 21. 22. d. re jud. l. 15. §. ult. l. 16. solut. matrim. dirempto negatur, nisi sciens dotem conficere non posse specie i. e. praetextu futurae dotis genero insidiatus, eumque ad nuptias induxerit. l. pen. C. d. jure dot. Donell. d. l. 27. c. 9. Bachov. ad Treut. v. 2. disp. 24. th. 4. lit. b. Berlich. d. concl. 28. n. 36. (10) Gener, & Nurus Coler. d. n. 117. Hillig. ad Donell. d. c. 9. lit. g. in fine. Quia Correlatorum natura est, ut dispositum de uno extendatur ad alterum non expressum ubi eadem est ratio l. fin. C. d. in dict. vid. tollid. l. 1. C. d. cupress. (11) Porro bene meriti de nobis, ut Patronus Patrona eorumque liberi l. 17. ff. d. re jud. ob inestimabile libertatis beneficium, quo libertum affecerunt Finckelthaus d. observ. 113. n. 16. Coler. d. n. 117. Donell. d. c. 9. ibiq. Hillig. lit. L. Berlich. d. concl. 28. n. 36. (12) Ob quasi conjunctionem socii §. ult. I. d. act. l. 16. l. 22. §. 1. de re jud. l. 173. d. R. I. Sive omnium bonorum, sive unius rei sint, Coler. d. c. 3. n. 118. Et quidem socius omnium bonorum indistinctè, & in omnibus

hoc beneficio competentiae fruatur per *d. l. 16.* Unius autem rei certae, quoties ex causa, negotio, vel nomine societatis illius agitur *d. l. 63. pr.* cum limitatae causae effectus quoque talis esse soleat. Hillig. *ad Donell. d. c. 9. lit. I. & K.* Bachov. *ad. §. 3. I. d. act. n. 1.* Berlich. *d. concl. 28. n. 36.* nisi pacto societatis Juramentum accesserit Brunn. *q. 24. quart. principal. n. 2. 2.* Nisi negaverit societatem contractam *l. 22. d. re jud. 3.* Nisi ex dolo commisso contra eos agatur in societate, quibus modis tam beneficium Competentiae, quam Cessionis perditur. Quo privilegio etiam eos gaudere puto, qui sua bona mobilia, & immobilia sponte communicantes, se invicem in fratrum locum assumunt. Inter eos enim hoc ipso societatem tacite esse contractam ambigendum non est. *l. 2. ff. Communi Divid. l. 2. C. pro socio Menoch 1. Cons. 46. n. 5. (13)* Non minus donator respectu donatarii a totali excussione immunis est, *l. 19. §. 1. d. re jud. l. 12. d. donat.* quia incivile esset, illiberaliter agere cum eo, qui verè liberalis fuit, & ne donator redigatur suam munificentiam ad inopiam *l. 50. d. re jud. l. 28. d. R. I. Donell. d. l. 27. c. 9. ibiq. Hillig. lit. ii. & nn. Dn. Carpzov. ad p. 1. const. 32. d. 15. n. 5. Berlich. d. concl. 28. n. 36.* quae tamen intelligenda de donatione pura, & simplici, non ob causam *l. 1. & l. 19. §. 1. de donat.* Philipp. Matthæus *ad l. 28. d. R. I. n. 4. (14)* Impuberes etiã & pupilli, qui non dicuntur velle, & nolle. *l. 189. d. R. I. nec in eã ætate vident, quid agunt, l. 8. §. fin. l. 9. d. acquirend. hered. l. 1. C. d. fals. mon. neque incarcerari, neque realiter citari possunt l. 22. d. in jus. vocand. Specul. in tit. d. cess. act. n. 18. Bachov. ad Treut. v. 1. disp. 7. th. 4. lit. g. Dn. Carpzov. p. 2. c. 22. d. 19. n. 1. 2. Coler. d. p. 2. c. 3. n. 7. & seqq.* Quod tamen fallit. Si veniam ætatis consecuti sint a Principe, quo ipso pro Majoribus habentur a potestate curatoris liberantur, atque rerum suarum liberam consequuntur administrationem *l. 1. l. 3. C. d. bis. qui veniam ætat. Bachov. ad Tr. v. 1. disput. 11. th. 13. lit. d. Donell. 21. c. 12. ibiq. Hillig. lit. & x. ij.* In genere itaque omnes: qui non in carcerem mitti, & beneficium habent, ne convenientur, ultra quam possunt facere, haud coguntur bonis

bonis cedere. Sicuti n. hæ dictæ personæ non possunt detrudi
in carcerem propter debitum civile: ita multo minùs per-
cessionem ad extremam inopiam redigi, ut hæc ratione eis,
quod habent, extorqueatur *Wes. in parat. n. 3. in fin. quod cum*
eo &c. Berlich. p. 2. concl. 28. n. 36. & seqq. modo illæ perso-
næ, ut sunt Nobiles, Doctores, Clerici, Milites intra metas
suæ vocationis permaneant, neque mercaturam exerçant
l. 6. C. d. dignit. l. 3. C. d. commerc. l. 12. §. fin. C. d. cohort. l. un.
C. negot. ne milit. l. 1. C. d. præpos. agent. Coler. d. process. exe-
cut. p. 2. c. 3. n. 265. Dn. Carpzov. p. 2. c. 22. d. 11. n. 10. Berlich.
d. concl. 28. n. 43. secus sua privilegia perdunt, ut Nobiles per
l. 3. C. d. commerc. Doctores *Brunn. de Cession. bonor. q. 3. pr.*
n. 17. Clerici c. 3. q. 4. caus. 14. c. fin. extra de vitâ, & honestate
Clericor. & in Clem. 1. eod. tit. c. 9. & seqq. dist. 88. Milites *l.*
un. C. ne got. ne milit. l. 15. cum. l. seq. C. de re milit. l. 32. C. d. lo-
cat. & conduct. non quod mercatura sit res illicita, est enim
Contractus juris g. §. 2 *f. d. l. N. G. & C.* Sed quia plebeio
difficile commercium est cum Nobili, vel simili personâ arg.
l. 59. d. ritu Nuptiarum. Mynsing. 6. Observ. 54. Communiter
tamen existimant. Dd. hoc jure Nobilibus per alium nego-
tiari licere, quod non probo arg. *l. 2. §. 1. d. administ. rerum*
ad civitat. pertinent. interim multis in locis Nobilibus inve-
teratâ consuetudine permittitur negotiatio modo non sit
sordida *Mynsing. d. l. Dn. Carpzov. p. 2. c. 6. d. 4. n. 9. 11. & pro*
necessitate domus, & suæ familiæ fiat Dn. Carpzov. d. p. 2.
c. 6. d. 7. n. 3. & l. 1. t. 4. R. 37. n. 1. & seqq. Atque hæcenus de
iis, qui propter beneficium Competentiæ haud cedere de-
bent, Pervenio nunc ad eos qui nec volentes ad jus cessionis
admittuntur. Ex quorum numero sunt I. illi, qui dolo faci-
unt, quo minùs sint solvendo: & bona sua veneant *l. 51. d. re*
jud. aut per contumaciâ suâ bona indicare recusât, isti nullo
modo gaudēt beneficio propter dolum comissū arg. *l. 2. C. ad*
SCiū Vellei. l. 49. d. administ. & periculo tutor. l. 10. de re jud. l. 2. §.
Minor se Major. dix. quem nullum revelare æquum est *l. 63.*
§. 7. pro socio cū delictum sit l. 1. §. 14. ibi quia propriam delicti
pœnâ subit ff. d. tut. & rat. distrab. Menoch. 2. arbit. jud. q. c. 482.

II.

II. Similiter qui in fraudem creditorum, & iudicii mutandi causâ, vel ubi Creditores ipsi potentiori ut terribilis sit debitori, vel Rixoso, ut molestiorem adversarium pro se subjiciat, transferendo in eum possessionem, vel dominium, cedunt quales cessiones omninò prohibentur *l. 22. l. 23. C. mandat. & Cedentes ejusmodi suum jus perdunt arg. l. 1. §. 2. l. 2. l. fin. C. ne liceat potent. l. un. C. d. his qui potent. l. penult. §. ult. d. alienat. jud. mut. caus. fact. l. penult. & ult. C. d. his qui met. causa. l. 1. C. si Rector. provinc. l. 1. C. si quac. præd. potestat. c. 2. extra d. jud. mutand. caus. Schelling. in tract. d. Act. & Except. pag. 365. Tennin. in tract. cautel. 198. per tot. Zoanett. d. Empt. & Vend. n. 11. Hillig. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. Dd. Bachov. ad Treutl. d. th. 4. lit. K. in fin. Dn. Carpzov. lib. 4. tit. 1. Resp. 3. n. 8. & l. 5. t. 5. Resp. 33. per tot. adeò, ut immiscentes se hisce cessionibus puniantur Tennin. in tract. caut. 17. n. 7. 8. & seqq.*

III. Qui sub spe cessionis contraxit, non admittitur ad Cessionis bonorum beneficium, quod eum fecisse verisimile est, qui contractus tempore scit, se solvendo non esse *l. 51. in princ. d. re jud. l. penult. in fin. d. jure dot. Cuiat. observ. 12. c. 5. Bachov. d. loco in princ. Ilico Vmmius in disputationib. suis ad process. jud. disp. 23. th. 5. n. 26. nisi talem spem habuerit, se ope hujus pecuniæ posse ad meliorem fortunam pervenire, ut eò facilius creditoribus suis satisfacere valeret Bach. d. loco in princ.*

IV. Nec eis, qui quinquennalibus usi, hisce finitis hoc beneficium Cessionis superest *l. ult. illic gloss. & Dd. qui bonis cedere possumus & sufficit una gratia, quæ duplici onere Creditores gravare non debet gloss. ad l. ult. C. quis bonis cedere possunt. Hillig. ad Donell. lib. 22. c. 9. lit. N. in fin. Hering. c. 5. n. 127. Aliud est, si is, qui semel cessit bonis iterum bonis cedere velit, hoc enim licitum est. Hering. d. loc. n. 128.*

V. Multo minus ad decoctores, seu defraudatores, quos vulgò mercatores fallitos appellitant, hoc cessionis beneficium pertinet. Est enim miserorum subsidium, non dolosorum præsidium Brunn. q. 4. prin. q. 5. n. 3 Nam decipientibus jura non subveniunt. *l. 1. pr. d. dolo. l. 2. §. 3. ad S. C. tum Vellei. c. cum univers. d. rerum permut. nec auxilium malefacto-*

Etoribus ferendum *l. 38. d. R. V. l. 11. §. 1. ad exhib. l. 63. §. 7. pro socio, causa i. q. 5.* Imò indigni sunt cessionis beneficio, qui prodigè & luxuriosè sua consumunt, & decoquunt, arg. *l. 37. d. minor. & qui contra jura mercantur bonam fidem habere non præsumuntur. c. 82. d. R. I. in 6. Hillig. d. lib. 27. c. 9. lit. dd. Heig. part. 1. q. 35. n. 46. Dn. Carpzov. d. part. 2. constit. 22. d. 5. per tot.* Sed potius coërcendi sunt, cum salus sit mercaturæ severissimè in fraudulentos animadvertere, quod & publicæ disciplinæ favor suadet, ne quis resua malè utatur *§. ult. Instit. d. his, qui sui vel alieni juris* sed ut maleficia puniantur *l. 9. §. 5. d. public. & vectig.* & futura mala debent caveri, non iniquis consuetudinibus foveri. Innocen: *in c. inquisitio d. sent. ex commun.* Imò Reip. interest, ne delicta maneant impunita *l. 51. §. 2. ad L. Aquil. l. 32. in fin. depos.* & ut provincia malis hominibus purgetur & in quiete permaneat *l. 13. d. offic. præsid.* Ideoque meritò ejusmodi hominibus poena incarcerationis in Comitibus Imperialibus *d. An. 1577. tit. 23. in der Pollicey Ordnung* fuit attributa. Idem de Jure Saxónico observatur *Constit. 2. part. 2. §. Nach dem wir ic. Ibiq. Dn. Carpzov. def. 2. n. 2. Heig. d. part. 1. q. 35. n. 48.* Nec ipsos Cessio à Carcere liberare potest *d. constit. 2. in fin. princ. vnd soll ihm ic. Ibiq. Moller & Dn. Carpzov. Hillig. ad Donnell. d. lib. 27. c. 9. lit. dd. & de observantiâ Saxonum Berlich. dictâ parte 2. Concl. 28. n. 25. 26. & c. cum ibi relatis.* Qui verò vitio fortunæ magis, quàm suâ culpâ lapsi sunt, quos infelices debitores Justinianus nominat, *N. 4. N. 134.* iis hoc flebile adjutorium *l. 7. C. qui bonis Cedere poss:* miserabile auxilium *l. 8. C. eod.* non tantum de Jure communi competit Alex. *in l. 1. n. 43. d. reb. cred. l. 4. §. 2. quod cum eo* Heig. *d. loc. n. 43. & seqq. Treutl. d. disp. 24. th. 4. lit. i. ibiq. Bach.* sed etiam de Consuetudine prout in Gallis ita observari testis est Boët: *decis. 349.* Porro plures casus, quibus Cessio denegatur enumerat Althus: *l. 2. diceolog. c. 18. n. 14. & seqq. Meier d. tit. 3. th. 3. & 7. Bachov. d. th. 4. lit. d. & K. Hilliger. ad Donnell. d. c. 9. lit. A. & Oo. in fin.*

11. *Efficiens minus principalis est, vel impulsiva, vel Instrumentalis: Impulsiva est,* tum voluntas debitoris *l. 7. C. qui bonis cedere poss'* æs alienum profitentis *l. penult. d. tit. eligentis* que è duobus malis id, quod minus est. *l. 22. d. ritu nuptiarum c. sacris extra de rescript. in integr.* qui mavult bonis cedere, quã gravius quid pati *Wesemb. in parat. de Cess. bonorum n. 3.* vel cedentis, qui nudã voluntate absque traditione (uti aliàs venditiones solo consensu ineuntur) jus & actionem sibi competentem in Cessionarium transfert *l. penult. C. mandati.* Tum ejus inopia & calamitas nonnunquam, quæ coram Judice vel Creditore explicanda, ut eò melius Carceris squalorem, aliasque molestias per cessionem effugere possit. Debiteres enim sæpissimè in eam calamitatem venire possunt, ut non solvendo existant, partim quia sæpius præter opinionem, culpam & vim, ut Gratianus Imperat. *l. 1. C. Theodos. qui bon. ex Leg. Juliã ced.* ait: majorem vidi incendio repentino, rapinã, sterilitate agrorum, gverrà, & alio infortunio (quò & monetæ depravatio inopinata, & mutatio insperata referenda) bonis suis evertuntur, quod frequentè etiam iis accidere potest, qui transmarinas negotiationes in aliis regionibus, quàm in quibus degunt, exercent, cum idonei fide & patrimonio æstimati fuerint, præter omnè spẽ omnia amittunt. Unde verissimũ illud J Cti in *l. 20. qui, & à quibus manumissi §. 3. I. eod.* sæpissimè homines plus de facultatib. sperare, quam in ipsis est. Ideoq; hanc in rem Legislatores variè jus dixisse animadvertimus, de quibus infra dicètur. *Causa Instrumentalis* est Judex ad requisitionem Creditorum Cessionè expediens, quò referuntur scribæ, Notarii, Nuncii, apparitores: Cessiones enim in absentia Creditorum, & Cessionarii possunt fieri & per epistolam.

12. Remota, sunt jura, quæ ab Impp: introducta & approbata fuerunt. Absque omni dubio jus bonorum Cessionis tanquam summum beneficium reis tributum *Donell. l. 27 c. 9. ferè in medio* propter summam illius æquitatem quæ si ullibi, certe in jure nostro inspicienda *l. 90. d. R. I. l. 8. C. d.*

Ju.

Judic. juris naturalis portio appellitari potest Heig. p. 1. q. 35. n. 55. Schick. *disp.* 18. *tb.* 5. n. 3. Priscis enim temporibus, præsertim d. LL. XII. tabb. licebat corpus secare debitoris in partes pro modo & numero Creditorum, ut quilibet haberet suam partem Hotom. *illust.* qq. 26. Alciat. *in l.* 224. *in fin. d.* V. S. postea constitutum fuit, ut qui æri alieno satisfacere non posset, privatâ autoritate in vincula conjiceretur, atque pœnis afficeretur. A. Gell: *lib.* 20. *Noct. Attic. c.* 1. Cujac. *lib.* 3. *Obfer.* 3. aliud tamen L. Jul. fuit introductum. Quæ lex à Julio fuit lata, ubi ejusmodi asperitates mitigatæ fuerunt, & sancitû, ut inopes Debitores bonis suis Cedendo ab injuriâ Carceris, & quâcunque animadversione aliâ liberarentur. *l.* 1. *l.* 4. *C. qui bon. Ced. pos. & C. Theodos. qui bon. ex L. Jul. ced. pos. lib.* 4. quæque non solum Romæ & Constantinopoli observata, sed etiam ad omnes provincias Romano Imperio subjectas porrecta fuit Jul: Cæsar *lib.* 3. *Comm. bell. Gallici* 3 & licet Leg. Pontiâ & Popil. prohibitum erat, ne corpora ob æs alienum servituti subjicerentur: attamen propter malitiam, & potentiam fæneratorum novâ Constitutione opus erat, quâ de re Bachov. *ad Tr. Vol.* 2. *disp.* 24. *tb.* 4. *lit.* B. Post Augustum dicta Consuetudo contrario usu abrogata, de novo verò ex quorundam Imperat: constitutionibus, ut Dioclet. & Maxim. confirmata, & corroborata fuit. *l.* 12. *& auth. imò à debito C. d. Obl. & Act.* Præter constitutiones de Cessionibus bonorum dantur quoque aliæ de aliis cessionibus, ut sunt Anastasii & Justinia: *in l.* 22. 23. *C. mandati*, quæ omnes successu temporis ex consensu, & approbatione multorum populorum retentæ, omni ex parte receptæ, & quasi jus commune per omnes Europæas partes effectæ: de quibus plura infra *tb.* 17.

13. Finis est vel Principalis, vel minùs Principalis, seu Secundarius. Finis Cessionis bonorum in specie principalis est, ne debitores patiantur injuriam *l.* 7. *C. qui bon. Ced. poss.* Ac ut à Carcere, & quaquâ aliâ pœnâ vel molestiâ liberentur *l.* 1. *l.* 4. *C. cod.* Est enim Cessio remedium subsidiarium ad evitandum Carcerem, cujus rei causa hoc beneficium

introducitur fuit, ut & ex toto tit. ff. *C. qui bon. cedere poss.* apparet Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. C. in fin.* Finis secundarius est, ut Creditores, vel Cessionarii ex cedentis bonis, suum consequantur, ipsisque quoad ejus fieri potest, satisfiat, Publicè enim interest, ne Creditores suis de fraudentur *Creditis arg. rubr. & t. t. quæ in fraud. Cred.*

14. Fuerunt Causæ Externæ efficiens & Finis. Sequuntur Internæ Materia (quæ imprimis Subjectum & objectum continet) & Forma.

15. Subjectum ii constituunt quibus fieri potest cessio: Et quidem cessionem bonorum impetrare possunt. Creditores nullo sexus, ætatis, Conditionis, dignitatis, aut qualitatis factò discrimine, æquum enim & justum est, ut quilibet suum consequatur; quorum verò nullum iudicium, nullus consensus est, illi per se soli Cessionem impetrare nequeunt, possunt tamen per tutores, & Curatores *arg. l. 5. d. R. I. cum hi dominorum adeoque & Creditorum loco habeantur. l. 56. §. 4. d. furtis. l. 27. d. administr. & peric. tut. & Curat. l. 7. §. 3. pro empt. nisi tales personæ conditionem suam meliorem fecerint, quantumvis tutoris, vel Curatoris autoritas haud interveniat: quod ipsum ab Imp. Dioclet. & Maxim. rescriptum est, in l. 1. C. d. autorit. prest. l. 7. C. d. Contrah. & committ. stipul.:* Cumque Credendi obligatio generalis sit *l. 1. d. Reb. Cred. l. 42. §. 1. d. O. & A.* non tantum ii Creditores dicuntur, qui ex causâ mutui, sed quocunque contractu mediante sequuntur fidem alterius, cum ipsis contrahentibus. *l. 11. d. V. S. Jason. in l. 1. vers. omnis enim contractus de Reb. Cred.* Ex quacunque tandem causâ etiam ex delicto *l. 12. d. V. S. ibique Gœdd. Hillig. ad Don. lib. 15. c. 23. lit. b. sive ei purè, l. 14. d. R. J. l. 56. §. 4. l. 118. §. 1. d. V. O. sive in diem l. 46. princ. d. V. O. l. 3. §. ult. de Const. pec. vel sub Conditione debeat: l. 12. d. V. S. l. 42. pr. d. O. & A. Hillig. dict. lib. 15. c. 11. lit. A. sive debitum in Obligatione dandi vel faciendi consistat l. 42. §. 4. d. O. & A.* prius tamen Judici Creditores vel Cessionarii (hi enim expressè Creditores dicuntur *in l. 23. vers. cum hi ibi transferunt in alium Creditorem C. mandat. l. 2. C. d. donat. Tennin. tract. cautel. 17. n. 33. & cautel.*

240. per tot.) antequam solutio vel Cessio decernatur instru-
mentum Obligationis vel Cessionis, vel eo deficiente per
ostensionem Syngraphæ, vel per testes, vel aliam quamcun-
que summariam, plenam, vel expressam probationem, per
quam causa, & quantitas Crediti certissima redditur osten-
dere debent, id quod publico rescripto confirmavit Sereniss.
Elect. de An. 1614. verbis vnd vberdas soll in allen/ vnd jeden
Cessionibus &c. Dn. Finckelthaus. Obs: 17. n. 1. Speculat
de editione Instrumentorum in fine. Nomine Creditorū Cessio-
nem petere, & impetrare possunt procuratores l. 1. §. 2. d.
procurat: si modò speciale mandatum habeant l. 39. d. pro-
curat. quod hic principaliter requiritur, Coler. d. process. exe-
cut. p. 2. c. 2. n. 34. & seqq. & per ea, quæ habet Berlich. p. 1.
concl. 74. n. 7. in medio, cum procurator non possit admitti
ad facienda ea, per quæ Dominus in pœnam, aut delictum
incidat l. 3. §. 1. quod quisque jur. l. unic. §. 2. se quis jus dicen-
ti non obtemper, l. 12. quæ in fraud. Cred. quod fieri potest, si
Cessio per Procuratorem injuste sit petita vel imposita arg. l.
31. §. fin. d. reb. autor. Jud. possid. l. 15. §. 31. d. injur. l. ult. C. qui
bon. Ced. poss. Tali modo etiam Cedere potest, quia Cessio
est Venditio l. 10. §. 1. l. 36. d. fidei: & venditio per procurato-
rem fieri potest. l. 17. de institutor. act. Speculat. d. Cess. act. n. 20.
(16) Objectū sunt bona, jura, & actiones, de quibus hîc agen-
dum. Bona autem sive propria debitoris, vel Cedentis, sive
cum alio communia sint arg. l. 6. §. 8. Commun. divid. quo
tamen casu cedens alteri socio de damno tenetur l. 20. comm.
divid. (idem de uno correorum dici potest, ut si debitum sol-
verit, non facta Cessione, licet singuli in solidum teneantur
l. 2. l. seq. §. 3. d. duob. reis. l. 3. C. d. fidei. Bachov. ad Tr. v. 2. d.
27. th. 9. l. C. E. Dn. Carpzov. p. 2. C. 17. d. 13. nihilominus com-
petit ipsi actio adversus correū pro repetitione partis l. 2. C. d.
duob. reis. Dn. Carpzov. d. C. 17. d. 14. l. 5. tit. 8. R. 91. n. 14. 15.)
sive sint mobilia, vel immobilia, præsentia & futura, allo-
dialia, vel feudalia cedi possunt. In Cessionem itaque ve-
niunt (1) bona filii fam. non tantum Castrensia, vel q., cum
in his libera ipsis administratio concedatur s. ult. f. d. mi-

lit. testam. l. ult. C. d. in offic. testam. l. 7. §. ult. C. d. donat prin. Inst. quibus non est permitt. facere testamentum. Sed etiam profectitia l. 7. C. qui. bon. Ced. poss. Bachov. ad Tr. d. th. 4. lit. d. ita tamen ut cum hæc bona ipsius patris sunt §. 1. I. per quas. person. cujus aquir. l. 1. §. 15. d. collat. Peculio. tenus tantum pater conveniri possit ex mente Bach. in tract. d. act. d. 8. Coroll. 2. & adventitia uti Salicet. & Paul. de Castro. in l. penult. C. qui bon. Ced. poss. volunt. (2) Ususfructus, quamvis ipse, ut servitus merè personalis §. 3. I. d. usufr. l. 9. C. eod. Dn. Carpzov. p. 3. C. 12. n. 5. & lib. 6. t. 6. R. 55. n. 5. haud cedi possit l. 66. d. jur. dot. l. 57. §. 1. solut. matr. Dn. Carpzov. p. 2. C. 15. def. 16. n. 5. attamen jus percipiendi fructus etiam futuros, cum hos tertio cuidam vendere, locare, & quocunque modo alienare licitum sit l. 72. d. R. 7. l. 8. in pr. d. auth. jud. possid. l. 8. §. ult. de peric. & commod. rei vendit. 9. §. 1. l. 17. §. 2. ubi Gothofr. d. pig. & hypoth. Dn. Carpzov. l. 6. t. 6. R. 55. n. 12. id quod etiam Creditori est concessum Carpzov. l. 5. t. 3. R. 19. n. 16. & seqq. bene illud sub appellatione usus fructus transferri potest l. 12. §. 2. l. 38. cum 2. seqq. l. 67. §. 1. d. usufr. §. 1. in fin. 7. d. usu, & habit. l. 27. §. 11. ad L. Jul. d. a dult. Donell. l. 10. c. 18. ibiq. Hillig. Dn. Carpzov. d. R. 55. n. 18. quodque non animo amittendi, & repudiandi transmittitur, sed ipsum jus principale, uti in Cessione aliorum jurium, & actionum fieri solet, intra viscera ejus, qui concessit hæret, ac remanet, ut avelli vix possit l. 3. C. d. novat. Dn. Carpzov. p. 1. Con. 32. n. 5. 6. & p. 2. C. 25. d. 16. n. 5. & seqq. & lib. 6. t. 6. R. 55. n. 18. Bachov. ad Tr. V. 1. d. 16. th. 10. l. D. Eodem quoque modo in Creditores idem jus percipiendi fructus ex re, cujus ususfructus est debitoris bonis Cedentis transferri debet Meier. l. 42. t. 3. th. 9. in med. (3) Emphiteusis, quæ aliàs licitè oppignorari l. 31. d. pign. l. 16. d. pignor. act. l. 71. §. ult. d. leg. 1. Col. d. process. execut. p. 1. c. 10. n. 156. Donell. l. 9. c. 4. Borcholt. d. feud. c. 3. n. 4. Donari vel legari l. 1. C. d. fund. patr. lib. 11. l. 219. d. V. S. l. ult. C. d. præd. decur. lib. 10. Non verò per contractum emptionis & venditionis sine Domini consensu transferri potest l. 3. l. ult. C. d. Jur. Emphiteu: Ideo-

Ideoque cessio illius minimè erit prohibita, adeò, ut etiam res in Emphyteusin Ecclesiasticam data vel ipsa Emphyteusis Ecclesiastica in Cessione cum aliis venire possit Meier *d. tit. 3. hb. 9.* Rittersh. in *N. p. 1. c. 8. n. 57.* modo persona illa habilis, & qualificata sit, in quam hæc bona transferuntur Moller. 2. *semestr. 13.* & jus Reip. atque Ecclesiæ per hoc salvum, & intemeratum maneat *l. 1. C. d. fund. patr. Bald. in l. ult. d. Jur. Emphit.* de hodiernis morib. hoc minùs dubium habet, siquidem hæc bona redacta sunt ad instar patrimoniorum, ita ut non solum hypothecari, sed etiam absque consensu, & requisitione Domini non secus, ac allodialia alienari possint D. Carpzov. *p. 2. C. 25. d. 7. n. 8. & 12. p. 2. C. 39. d. 13.* modò approbatio magistratus accedat per ea quæ habet D. Carpzov. *l. 5. t. 6. R. 51. n. 8. 9.* (4) Feudum etiam cessionis capax est, quanquam alias de jure provisum est, quod ea tantum bona cedi possint, quæ non sunt prohibita alienari: Feudum autem est talis res, quæ planè alienari nequit, 2. *F. 52. 55.* ne quidem ex causâ magnâ, & necessitate urgente, *arg. 2. feud. 9. v. necessitate: ubi Godofr. ad verbum olim, & d. rit. 55. v. habitò in verbis quocunq; modo Vult. l. 1. F. 10. n. 42.* Rittersch. 2. *p. F. 3. part. 38.* & præcipuè, ob hanc rationem, ne invito Domino alienus Vasallus obtrudatur, 2. *F. 12.* adeò ut ob hanc alienationem, quæ absque consensu Domini, & simultaneè investitorum facta fuerit aliquis feudo privari possit *i. F. 21.* etiam de jure hodierni. D. Carpzov. *p. 2. C. 49. d. 13. n. 12. p. 2. C. 48. d. 14. & l. 5. t. 6. R. 51. n. 7.* nisi Feudum sit novum, quod in legitimam imputari potest *l. 30. §. 2. l. 32. & auth. novissim l. 36. v. replet. C. d. in offic. test: Vult. l. 1. F. c. 9. n. 116.* D. Carpzov. *p. 3. C. 30. d. 10. n. 8.* vel hereditarium. *Vult. d. loco: D. Carpzov. cum multis ibid. allegat. Dd. p. 2. C. 47. d. 1. p. 3. C. 28. d. 11. n. 4. 5.* Nobiliss. atque Consultiss. præceptor. Dn. D. Henning. *Gross. d. 8. Colleg. Wesenb. q. 8.* In Commoditatibus vero & fructibus ex Feudo perceptis, qui aliàs allodiales sunt. *Vult. i. F. 10. n. 57.* tanquam de quibus Vasallus pro lubitu disponere, & agere potest, Cessio omninò non habet locum *arg. 2. Feud. 45. ibi sed in fruct. si quos reliquit.*

quit, &c. Id. dicendum de hypothecâ consensu Domini in feudo constituta, quæ cedi, & in solutum dari potest Heig. p. 2. q. 5. n. 28. 29. An autem Creditor talem hypothecam in feudo acquisitam sine novo consensu Domini validè alteri cedere, & oppignorare possit? Negantium castra sequor, quia Consensus Domini in alienationibus strictissimè, & de formâ substantiali requiritur Vult. i. F. 10. n. 66. Rosenthal. c. 9. concl. 44. maximè per textum in edicto Electorali de cess. §. vñd ob wol ibi. vñd ob wol zum andern 2c. & process: Judiciar: d. Anno 1622. tit. 46. §. so lassen wir auch geschehen / v. aber was das dienglische recht. 2c. Quæ procedunt, etiamsi Creditor per expressum sibi reservaverit, & consensum Domini verbis generalibus obtinuerit, ut hæc hypothecæ alienatio valida esse deberet, nihilominus tamen novus consensus Domini, prioribus non attentis ad hypothecam in alium transferendam requiritur, & quidem ex dicti process. verbis §. so lassen wir verb. wenn auch gleich &c. nisi Creditor absque alio novo consensu bona illa feudalia sibi obligata hypothecare specialiter sit concessum d. l. es were ihm denn ausdrücklich nachgelassen D. Carpzov. l. 5. t. 5. R. 36. n. 7. & seqq. Quod si consensus & Domini, & agnatorum accesserit, ipsum feudum, planè cedi potest, Vult. i. F. 10. n. 72. Rosenth. synopsis. Feud. c. 8. c. 5. n. 8. Coler. p. 2. c. 3. n. 269. Prædictæ cessiones valent etiam de praxi hodiernâ, ut Creditores in possessione bonorum Feud. immittantur, eaque possideant in causam pignoris, tam diu ipsis utendo fruendo donec fructus percepti respondeant forti & usuris summæ capitalis vel pecuniarum principaliter debitarum, arg. l. 1. & 2. d. pignor. actio. Auth. hoc jus C. d. Sacros. Eccles. Auth. & qui. C. d. bon. autor. Jud. poss. aut jus, quod debitor habuit vel morte ipsius, vel revocatione Domini & agnatorum extingvatur Rosenth. c. 7. Cond. 22. n. 19. & seqq. Meier. d. t. 3. th. 9. modo interim durante possessione penes Creditores Vasallo relinquatur unde servitia Domino præstare possit Bachov. ad Tr. V. 2. d. 24. th. 4. l. d. si ob propriam culpam servitia præstare nequit, feudum ipsum ipsi planè adimi potest Vult. i. F. II. n. 22. (5). Quæ de Usu-
fru-

fructu, Emphytheusi, & feudo dicta sunt ea & tribuuntur ali-
is bonis, quæ quidē alienari nequeunt, eorū tamē fructus cedi
possunt, unde res dotales vel fructus cum illorū verus Domi-
nus sit maritus *l. 7. d. Jur. dot. l. 20. C. eod.* Bachov. *ad Tr. V. 2.*
disp. 7. th. 6. lit. c. Donell. *lib. 14. c. 4. ibiq.* Hillig. *l. f. D.*
Carpzov. *p. 3 C. 23. d. 4. n. 6. & l. 6. r. 6. R. 50. n. 3. 9.* utique
cedi queunt. Coler *p. 2. c. 3. n. 247.* (6) Quæ in fraudem
creditorum alienata fuerunt, ea quoque cedi possunt We-
senbec. *in parat. qua in fraud. Cred. n. 10.* Anton Fab. *l. 20. con-*
ject. 15. (7) Chyrogaphum, vel Instrumentum Oblig. arg.
l. 1. C. d. donat. l. penult. C. d. hered. vendit à D. Carpzov. l. 1. r.
1. R. 4. n. 10. Item Nomina *l. 4. quæ res pignori obligati t. r. d.*
hered. vel act. l. ult. C. mand. D. Carpzov. p. 2. C. 32. d. 6. n. 4. ad
eò ut cessio nominis ex parte creditoris ignorante, & in vito
debitore procedere possit *l. 3. C. d. hered. vel act. vend.* Heig.
p. 2. q. 5. n. 15. Attamen in hâc cessione cedens non tenetur
evictionem, vel locuplerem præstare debitorem *l. 4. l. seq. d.*
hered. vel act. vend. nisi inopia statim fuerit subsecuta, aliàs
si modo verum sit nomen, & expressè actum fuerit, ut cedens,
vel venditor ipsum idoneum præstare vellet, sufficit cessionis
tempore illum fuisse solvendo, licet postea factus fuerit ini-
doneus, periculū enim nominis trāsit in cessionariū arg. *l. 96.*
§. 2. d. solut. Anton. Fab. *12. Conject. 7.* ubi hanc rem copio-
sè pertractat Dn. Carpzov. *l. 5. r. 6. R. 46. n. 5. 6.* De evictione
autem tunc demum tenetur, quando deceperit cessionarium
dicens debitorem ipsius solvendo esse per *l. 3. ubi Dd. de fi-*
dei. qui tamen non sit, vel si cessio ex causâ planè inutili fue-
rit facta, ubi scil: nomen est incertum ac illiquidum, vel so-
lutione sublatum, tunc ad evictionem vel restitutionem pre-
cii, quod accepit, tenetur *l. 4. d. hered. vend. l. 74. §. 3. d. evict.*
Specul. in tit. d. Cess. act. n. 24. in additionibus sub lit. B. D.
Carpzov. *p. 2. C. 34. d. 26. 27.* Berlich. *p. 1. C. 24. n. 51. 52.* Nisi
ejusmodi cessionibus nominum tacitæ pactiones insint de
quotâ litis, quales tanquam contra bonos mores omninò
sunt prohibitæ Hill. *ad Donell. l. 15. c. 43. l. B. & lib. 18. c. 3. l.*
C. C. C. (8) Jus debitorem personaliter capiendi, creditori

D

cc-

cedere est licitum Berlich. *p. 1. C. 44. n. 151.* Potest etiam (9) Cedi jus Executivum, ut cessionarius æque paratam executionem adversus debitoris sui debitorem petere possit Menoch. *d. adipisc. remed. 5. q. 16. n. 100. & seqq.* Coler. *de process. execut. p. 2. c. 2. n. 28. & seqq.* D. Carpzov. *lib. 5. t. 5. R. 36. n. 4.* Item (10) ipsū jus protimiseos, quod ex conventionē descendit, cedi potest: quia omne id, quod quis ex speciali pacto sibi acquisivit in alium per cessionem transferre valet D. Carpzov. *p. 2. C. 32. d. 20. & l. 5. t. 6. R. 49. n. 5. ll. ubi n. 6. ita à Witeberg. & Dnn. Assessor. in Appellaticonum Judicio procunciatum fuisse refert.* quod jus etiam in heredes transire potest. *l. 1. §. 8. ad Trebell. l. ult. §. fin. d. contrah. empt.* Dn. Carpzov. *Const. 32. d. 21. per totam.* (11) Jus exequendi, capiendi, & ingrediendi possessionem propriā autoritate cedere non est prohibitum secundum Menoch. *d. adip. remed. 5. n. 100.* ubi & plures limitationes addit, iudicis tamen autoritas in hoc passu non est negligenda secundum *l. 3. C. d. pign. Col. p. 1. c. 5. n. 59.* Ideoque hæc verba civiliter & cum quādam urbanitate sunt intelligenda arg. *l. 80. d. R. I. l. 26. C. d. test.* D. Carpz. *l. 1. t. 1. R. 5. n. 14. 15.* (12) Etiam jus Arresti cedi potest arg. *l. 42. d. administr. tut. & id quoque confirmat Sereniss. Electoris processus judicarius c. 25. von Arrest und Nummer §. fin.* Et quanquam pro modica sumā quis Arrestum impetraverit, nihilominus tamen illud alteri, qui in multo majori summa debitorem obligatum habet, benè cedere potest, adeò, ut cessionarius ille non solum in illa summa, pro qua Arrestum est cessum, sed etiam in residuo præ omnibus aliis creditoribus jus prælationis habeat; quia bona Arrestata Arrestator etiam ex aliā causā potest retinere, & ita cessionarius ex jure cesso per indirectum aliis creditoribus, qui eum Arrestando prævenerunt, præfertur, quod alias ei non contingeret: quæ aureis literis notanda svadet Berlich, *p. 1. C. 74. n. 153.* Dn. Carpzov. *p. 1. C. 29. Def. 3.* Quod etiam in judicio provinciali Gorlicii aliquoties practicum fuit. (13) Hypotheca cedi potest: quia omnes actiones & reales, & personales possunt cedi *l. fin. C. d. hered. vel act. vend. l. 30. §. 1. d. except. rei jud. l. 7.*

*l. 7. C. d. pignor. plenè Bartol. in l. fidejuss. obligari de fidejuss. Specul. in tit. d. Cess. act. n. 24. Process. Judiciar. t. 48. prin. Coler. d. process. execut. p. 3. c. 11. n. 26. & seqq. adeò ut possessori pignoris cedi queat l. 22. C. mandat. Num vero talis hypotheca in bonis immobilibus constituta alteri extrajudicialiter rectè cedi possit, interpretes Juris Saxonici magnoperè disceptant? Affirmativa tamen communiter & quidem de praxi hodiernâ recipitur: licet aliàs de jure Saxonico Constitutum sit, quod bona immobilia non nisi interventu, & consensu magistratus oppignorari debeant, cum hypothecatio nihil aliud sit, quam species alienationis *l. ult. C. d. reb. alien. non alienand.* Heig. p. 2. q. 5. n. 24. Landrecht l. 1. Art. 8. Art. 34. 35. Coler. d. process. execut. p. 3. c. 10. n. 197. Nihilominus ista affirmativa defendi potest ex textu *processus judiciarü t. 46.* maximè in verbis *so lassen wir auch geschehen/xc.* Ibiq. D. Carpzov. p. 1. C. 23. d. 8. l. 5. t. 5. R. 35. n. 7. 8. & seqq. ubi ad contraria argumenta Respondit, & præjudicium adducit cujus verba ita habent: *Hat euch ewer Schuldner wegen einer Summen Geldes damit er euch verhaftet/ eine Schuldverschreibung benebens den gerichtlichen Consens/ vnd Hypotheca/ so ihme auff seines debtoris Hause verschrieben worden/ zum Unterpfande geben vnd cediret xc. so ist solche Verpfandung/ vnd Cession der Schuldverschreibung/ vnd Hypothec vnangesehen dieselbe nicht Gerichtlichen insinuiret worden/ zurecht beständig.* (14) Idem de Jure tacitæ hypothecæ dici potest, quod pupillus in bonis tutoris habet. Illud enim ad heredes & extraneos per cessionem transferre potest. *& quidem per text. dicti processus Judiciarü tit. 46. D. Carpzov. l. 4. t. 4. R. 33. Diss. communiter Dd. Treut. V. 2. d. 24. t. ult. l. d. ibique Bachov. & gloss. ad l. 67. §. 5. d. ritu nupt. Ceditur porro (15) rectè pignus. An vero id extrajudicialiter fieri queat inter Dd. lis est. Placet affirmativa. Certissimi nãq; juris est, quod omnia bona etiam mobilia absq; consensu magistratus oppignorari queant, gloss. in *l. ult. verb. aliis vendere, vers. item an pignomre C. d. Jure Emphyt.* Coler. d. process. execut. p. 1. c. 10. n. 156. & arg text. p. 2. C. 23. §. ult. *Farnuß/ vnd bewegliche Güter/ mag einer auch auff Sachsischen***

Boden ohne gerichtliche insinuation jemandes zum Unterpfande wol verschrieben/ quod postea per processum judicarium *d. Anno 1622.* fuit confirmatum §. ferner die *nomina* &c. *verb.* ohne Solennitat verpfendet werden können *d. tit. 46.* §. so lassen wir *ic. Heig. p. 2. q. 5. n. 11.* D. Carpzov. *l. 5. t. 5. R. 37. n. 9. & seqq. p. 6. C. 23. d. 8. per tot. (16)* Quamvis prælationis privilegium, quod mulieri ratione dotis competit ascendentibus, vel aliis extraneis haud cedi possit *l. 13. l. seq. solut. matr. l. 196. d. R. I. Novell. 91. in pr. l. un. C. d. privil. dot.* Berlich. *p. 1. Concl. 65. n. 89. & seqq.* Est enim illud jus personale *l. 12. C. qui potiores in pignor.* quod saltem liberis competit §. 29. *Inst. d. Act. l. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. Auth. siquid ex reb. C. eo. Auth. quod obtinet C. d. pign. Novell. 91. §. 1.* Dn. Carpzov. *l. 4. t. 3. R. 22. n. 34. Et d. t. 4. R. 33. n. 13. & seqq.* At tamen hypotheca illius dotis ad quoscunque heredes transmittitur Carpzov. *p. 1. C. 28. d. 95. 96. 99.* Berlich. *p. 1. C. 65. n. 11.* (17) Jus retentionis, quod mulier ejusque heredes in bonis mariti habent, vidua, vel heredes in alios per oppignorationem, venditionem, & cessionem transferre possunt *process. judiciar. c. 45.* wie dann auch das Weib *ibiq.* D. Carpzov. *p. 2. C. 25. sub fin. d. 16.* Ubi & illud præjudicio confirmat Berlich. *p. 2. C. 32. n. 10. 11. Coler. p. 1. C. 3. n. 265.* (18) Jus redimendi quoque ceditur, D. Carpzov. *p. 2. C. 1. d. 12.* Quod adeò procedit, licet in instrumento scriptum sit, ut ipse venditor ejusque filii redimerent rem venditam, nihilominus illa cessio subsistit, nisi per pactum aliud fuerit constitutum, quod servandum est *l. 1. d. pact. l. 1. d. constit. pecun. l. 2. C. d. pact. inter empt. & vend. Zoanet. in tractatu d. empt. & vend. n. 7. 8.* Dn. Carpzov. *l. 5. t. 4. R. 28. & 32.* Berlich. *p. 2. concl. 2. n. 27. 28.* (19) Fiscus suum jus prælationis in alium per cessionem potest transferre *l. ult. C. d. privil. fisci,* Berlich. *p. 1. Concl. 65. n. 108.* (20) Jus servitutis *l. 9. d. servit. l. 3. §. ult. l. 11. l. 14. R. P. l. 39. R. V. l. ult. commun. prad. Donell. l. 11. c. 10.* (21) Beneficium ex interdicto retinendæ possessionis cedi potest Menoch. *d. retin. poss. remedio tertio: q. 33.* Idem de recuperandæ remedio dici potest. Menoch. *d. adipis. remed.*
quar.

quarto n. 251. Similiter remedium *l. ult. C. d. edict. D. Hadri-*
an. tollendo Tiraq. d. retract. consang. §. 15. gl. 3. n. 19. (22) A-
ctiones quoque cedi queunt l. 27. §. 1. d. minor. l. 12. d. re jud.
l. 3. §. 1. d. in rem verso. Nam sub appellatione bonorum,
omnium comprehenduntur etiam actiones contra tertium,
competentes l. 30. §. 3. Ad Sctum Trebell. l. 21. d. V. S. ex quâ
bonorum appellatione veniunt Obligationes l. 49. d. V. S.
Possunt itaque omnes actiones cedi l. 3. l. 7. & seqq. d. hered.
vel act. vend. sive sint personales, l. 22. sub fin. C. mandat l. 76. d.
solut. sive reales l. ult. & tot. t. C. d. hered. vend. l. 30. s. 1. d. except.
rei jud. etiã ignorante, & in vito debitore: l. 1. C. d. Novat. l. 3. C.
d. hered. vel act. vend. Specul. de cession. act. in addit. l. C. & ex in-
tervallo Heig. p. 1. q. 38. n. 28. modo istæ actiones, sive cessæ, vel
legatæ, nondû in judiciû sint deductæ l. 34 d. leg. 3. nec hîc di-
sting. An fiant in potetiorẽ, nec ne? l. 8. §. 3 d. alienat. judic. mu-
tan. ca. arg. l. 69. §. 3. d. leg. 2. l. 8. §. 1. C. d. secundis nupt. Ten-
min. in Tr. cautel. 17. n. 1. 2. Exceptis sc. illis casibus quos Impp.
in l. 22. l. 23 & Dd. voluere exceptos Hillig. ad Donell. l. 15. C. 43.
A. Faber 12. Conject. 12. Dn. Carpzov. q. 2. C. 30. d. 36. per tot.
Si vero actio alicui cedi nequit, is nec cum effectu potest à
creditore conveniri Hillig. ad Donell. l. 22. c. 4. l. L. Unde
quæ venditionis causa fiunt, ea haud valent cedi l. penult.
except. scil. cession. C. mandat. cû aliàs ipsa venditione actiones
non transferantur, sed ad præstandas exempto agi oportet.
l. 2. §. 8. d. hered. Vend. de quibus thesi sequenti. Rei vindica-
tio quoque cedi potest l. fin. C. d. hered. vend. Speculat. d. l. in
addit. sub l. P. ubi inter competentem & competituram di-
stingvit: ita tamen ut saltem in posteriori locum habeat.
cessio per fundamenta ibid. Idem de Actione Judicati dici pot-
est, quia illa non dicitur amplius litigiosa lata sentential. l. 1. C.
de contrar. jud. tut. Speculat. d. form. instr. d. l. Actiones, quoq;
quæ ex delicto sunt ceduntur l. 16. §. 4. de petit. hered. Unde act.
injuriarum ante litẽ contestatã in cessionẽ venire potest l. 17.
§. 20. d. injur. d. l. in addit. l. A. Persecutiones quoq; extraordi-
narię cedi possunt l. 2. d. minor Specul. d. t. n. fin. sub. l. A. Tiraq.
d. retr. lignag. §. 26. gl. 3. n. 13. ubi hanc materiam latius per-



tractat, quæ scil. jura cedi possint *d. gl. 3. & qua non. §. 26. gl. 2.*

17. Circa formam cessionum notandum est, cessiones fieri debere lege permittente, nec tantum judicialiter, sed & extrajudicialiter, pacto, ultimâ voluntate & quâcunq̃ voluntatis declaratione: Imò etiam in absentia per nunciũ & Epistolam possunt celebrari *l. ult. d. cess. bonor. l. 6. C. eod. t. 2. C. Theodos. eod. Bachov. ad Tr. v. 2. d. 24. th. 4. lit. C & E. Meier. d. 1. 3. th. 11. Hering. c. 11. n. 7. Speculat. d. cess. act. in pr. & tit. seq. in addit. in fin. Tennin. in tract. caut. 17. n. 2.* Debita tamen oportet esse liquida, h. e. certa de quibus appareat quæ qualia quantave sint *arg. l. 6. ub. Jas. sic cert. petet l. 5. d. V. O. & justa causa adsit necesse est præsertim in actionibus, nec ficta vel simulata sufficit l. 23. C. mandati.* Quando autem sit simulata, hoc religioni judicis tanquã rem in factò consistentẽ cum *Dd. comitto.* In Foro Saxon. cessiones sive rerum mobiliũ, vel immobiliũ non aliter valent, quam quæ coram competente Judice sunt peractæ *de quib. supra th. 7. in fin. D. Finckelthaus. Ob: 17. n. 13. D. Carpzov. l. 5. t. 5. R. 37. n. 1. & Resp. 33. & 34.* Vbi latissimè hanc materiam persequitur. *Heig. p. 2. q. 5. n. 25.*

18. Effectus considerantur in iis juribus, quæ cedentibus, & cessionariis sunt communia. Communis effectus cessionum est, ut possessio in cessionarium, per veram, vel q. traditionem transferatur *Wesenb. in w. b. t. n. 2. & hujus intuitu cedens securus reddatur per §. ult. Inst. d. Repl. l. 6. C. d. bon. auth. Jud. possid.* Quo circa I. & principaliter per bonorum cession. remitti dicitur. *ἡ τῶν σῶματ' ἑπινοεῖα* *Hotom. Illustr. q. 26. Hillig. lib. 27. c. 3. l. GG.* II. Executio impediri potest *Zang. d. except. p. 3. c. 26. n. 105. & seqq. D. Carpzov. l. 4. t. 1. R. 3. n. 7. l. 6. t. 7. R. 73. n. 24. 25.* Quã cessione cedens si pecunia non sit impromptu omnino audiri debet *l. 1. §. 5. d. const. pecun. l. 6. §. 1. quib. mod. pig. solvi.* quod & approbatum fuit *in process. judiciario tit. 39. §. weil sichs aber auch ic. §. endlich ic. D. Carpzov. p. 1. C. 32. d. 9. n. 2. 3. 4. & 6.* attamen hoc ita procedit si modo illa bona prius hæc subjiciantur, & vendantur. *l. 6. C. d. bon. auth. Jud. poss.*
loco

Loco enim pecuniæ rem immobilem nemo accipere tenetur,
l. 2. §. 1. C. d. R. C. l. 21. §. ult. d. const. pecun. l. 4. §. 3. d. rejud. &
precium ex venditione illa redactum creditoribus restituatur,
& solvatur, Zasius *ad l. 4. §. seq. d. cess. bon. D. Carpzov.*
l. 5. t. 4. R. 23. n. 19. Bona itaque omnia sunt cedenda, nec
auditur debitor si unam alteramve rem mobilem cedere vel-
let, creditori enim tali modo adimeretur electio, quam in
bonis hypothecatis habet *l. 8. de distractione pignorum* uti in
scabin: Lipsiensi responsum fuisse testatur *D. Carpzov. d. R.*
23. in fin. verb. sent. Ob sich gleich der debitor erbeut mit sei-
nem Hauße zubezahlen/ so seid ihr doch solches wieder ewern
Willen anzunehmen nicht schuldig/ sondern die Hülffe zu set-
zen Geldgütern zusuchen wol befugt/ nisi summa sit parva,
ubi certam rem vel actionem sibi competentem in solutum
dare & cedere potest *D. Carpzov. l. 5. t. 5. R. 34. n. 8.* III. Ex-
ceptio ipsi cedenti datur, quæ se post cessionem à creditori-
bus conventus defendere potest *§. ult. f. d. repl.* Debitum
vero ipsum multominus civilis, vel naturalis obligatio ex
cessione ubi creditores solidum non sunt consecuti, haud
mutatur, vel tollitur *l. 1. C. hoc tit.* Sed except. eo demum
casu cedenti paratur, ne conveniatur priusquam ad locuple-
torem fortunam pervenerit, ubi de bonis postea quæsitis, ea-
tenus, quatenus facere potest, tenetur *§. fin. Inst. d. act. l. 4. l.*
7. d. cess. bon. l. 1. l. 7. C. eod. §. ult. f. d. repl. l. 3. C. d. bon. auth. jud.
poss. arg. l. 89. §. 8. d. solut. Bachov. *ad Tr. V. 2. d. tb. 4. l. D. &*
datur talis exceptio contra omnes creditores, etiamsi unius
tantum gratia sit cessum, qui intendunt cedentem inquietare
l. 4. b. t. maximè contra eos qui cessionis auxilium elegerunt
pro beneficio quinquennali *l. fin. C. b. t.* Non autem iis cre-
ditoribus, qui post cessionem cum debitoribus contraxerunt
objici potest *Mynsing. ad §. ult. f. d. Act. n. 3.* nec post ces-
sionem conveniri potest debitor, ubi ignominiosi ritus ce-
dendi recepti sunt, licet ad pingviorem fortunam pervene-
rit, quia illa ignominiaæ pœna est loco solutionis *Menoch.*
l. 2. d. arb. Jud. c. 183. n. 2. Et quidem jure ita proditum
est, ut saltem personæ cedentis exceptio cohæreat *l. 7. d. ex-*
cept.

cept. nec ad hæred. si quos bonis cedens habuerit, arg. l. 23. d. rejud. multo minus ad fidejussores porrigatur, etiam si principalis bonis cesserit, quia potest creditor spreto debitoris beneficio contra fidejsores agere §. ult. Instit. d. repl. qui in hoc acceptus est, ut debitore bonis lapsō creditor debitum consequatur Dd. in l. 1. C. h. t. Coler. p. 1. C. 6. n. 124. Hering. c. 5. n. 99. & c. 27. n. 99. nisi cessæ sint ipsi actiones, etiam post solutionem quæ maximè necessariæ, non solum ob id, quod inter fidejuss. qui solutionem præstitit, & reliquos confidejuss. nulla sit obligatio, quæ tamen mater actionum est, l. 42. §. 2. d. procurat. Verum etiam quoad id, quod quando actiones ei non cedantur à creditore factâ solutione frustra à confidejssoribus illud pro quibus solvit repetit, l. 39. d. fidejuss. l. 11. & ubi Donell. C. hoc tit. Hillig. lib. 15. c. 48. l. ll. D. Carpz. p. 2. C. 17. d. 15. n. 11. & seqq. d. 16. per tot. l. 2. t. 2. R. 7. per tot. Dissent. Berlich. p. 2. Concl. 22. n. 67. Bachov. ad Tr. V. 2. d. 28. th. 6. l. b. prior tamen opinio receptior est, diversisque præjudiciis confirmata à D. Carpzov. d. l. Porro hæc exceptio dilatoria est, impedit enim litis contestationem Zang. d. except. p. 2. c. 15. n. 5. quod tamen ita limitandum est, si vel notorium sit debitorem bonis cessisse vel statim probari possit per c. 10. d. filiis. presbit. Hillig. l. 22. c. 9. l. 7. IV. Infamia per cessionem evitari potest arg. totius tit. d. oblig. qua ex q. delict. nascuntur. §. 1. 7. quib. ex causis manum. l. ult. ibi salva eorum exist. C. qui bon. ced. l. 11. C. ex quib. causis infam. irrog: Bachov. ad Tr. V. 1. d. 8. th. ult. l. c. V. 2. disp. 24. th. 4. l. b. quia non ejus nomine sed creditorum bona cessa alienantur, & venduntur. Nam talis bonorū venditio non fit invito debitore, sicuti fieri solet, quando debitore latitante & contumace existente bona proscribuntur & distrahuntur, ob quā distractionē infamiā notatur talis debitor Hillig. ad Donell. l. 18. c. 7. l. n. V. Per bonorū v. cessionē tacitum jus pignoris Chirographariis non tribuitur, sed æquale omnium privilegium est ordine inter eos servato ex privilegio non tēporis sed causæ, l. 6. l. 32. d. reb. aut. jud. poss. l. ult. d. cess bon. Hillig. l. 23. c. 12. l. L. Col. p. 1. c. 2. n. 52. p. 3. c. 12. n. 89. D. Carpz. p. 2. C. 21. d. 24. n. 8. & seqq.

seqq. Atque hujus juris usus adhuc superest, nec per Nov. 53. c. 4. §. 1. sublatus. Petrus Fridericus l. 3. d. contin. causæ. 5. n. 3. Ex quo fit, ut fiscus, vel magistratus ratione tributorum, sive collectarum reliquis creditoribus etiam expressam anteriorem habentibus anteferatur, l. 4. in quib. causis pign. tacite contrab. l. 1. C. si propter publ. pensit. & c. quæ assertio etiam ad cessionarios extenditur per l. 1. C. si propter publ. pens. Schurff. cent. 1. Conf. 83. n. 1. quod tamen à Nobiliss. Dnn. Assessoribus in Scabinatu Jenensium ad ordinarias collectas restringitur: siquidem in Extraordinariis collectis hypothecarius anterior omnino anteferendus est per l. 8. qui potior in pign. l. 4. C. eod. Et ratio est, quia Obligatio pignoris ad tempus impositarum collectarum retrotrahitur, si aliqua causa præcedat, cujus intuitu obligatio pignoris subsistere, & retrotrahi potest l. 11. qui pot. in pign. Don. ad l. 1. C. si propter publ. pens. Berlich. p. 2. Concl. 44. n. 47. Anonymus d. privil. Cred. c. 8. Reg. 3. Ampl. 4. & c. 5. Resp. 3. n. 3. & Ampliat 4. Beuth. d. pralat. Credi p. 1. c. 4. Coler. p. 1. c. 3. n. 288. & d. 72. n. 3. Cottmann. 3. Conf. 55. n. 4. 46. & seqq. Negusant. d. pign. in 2. memb. part. 5. n. 11. & hanc sententiam cum Dnn. Witebergensibus, Jcti Jenenses in pronunciando observant, veluti ita Jenæ Responsum fuit mense Januar. An. 1633. Quaestori zu Schwarzenburg. Item mense Januar. An. 1635. dem Richter zu Postenstein. mens. Jan. An. 21. Joh. Dobriken LL. studioso zu Langensfeld / & ita in territoriis Ducum Saxonie, totâ die observatur. Magnopere itaque illi Magistratus errant, qui ratione collectarum Extraordinariarum fiscum privilegiatis creditoribus expressam anteriorem habentibus in omnibus & semper præferunt, prætendentes, fisci causam esse privilegiatam. Verum hoc fisci privilegium nimis latè extenditur, cum tamen privilegiatis causis ita favendum sit, ne aliis injustitia fiat c. 11. d. for. comp. c. 5. extra d. donat. inter vir. & uxor. quod tali modo fieret, si fiscus ejusmodi privilegiatis creditoribus anteferendus esset, qui ad incitas, & extremam inopiam rediguntur sæpissimè. Licet enim haud negari possit quod fiscus ratione collectarum extraordinaria-

E rum

rum tacitam hypothecam habeat: malè tamen inde inferitur, Ergo. omnibus creditoribus fiscum esse præferendum cum in hoc passu ipsi jus prælationis minimè tribuatur, per Dan. Moller *ad const.* 28. p. 1. n. 28. Nec obstant verba in *dictâ Const.* 28. *Et process. Jud.* t. 42. §. ferner solt *verb. Geschos/vnd Stewer* etc. quæ de ordinariis collectis loquuntur. Constitutiones enim Principum considerantur secundum tempus Ordinationis conditæ Berlich. p. 2. C. 36. n. 16. sed tunc temporis cum hæ constitutiones promulgarentur, nemo nihil quicquam, multo minus Legislator de extraordinariis collectis quæque in multis rebus nostris temporibus introductæ sunt, scivit, ideoque illarum constitutionum interpretatio ad incogitata, quæque sibi Legislator nunquam imaginatus, non est extendenda. Quoniam vero supra dictum fuit, quod mulier jus prælationis habeat: non incommodè etiam hic quæritur. An mulier ratione dotis expressam anteriorem hypothecam habentibus præferatur? quod affirmo per *l. 29. Et seq. C. d. jur. dot. l. 4. C. in quibus causis pignus, vel hypoth. tacit. l. 17. C. d. pign. l. 5. qui pot. in pign. l. 7. l. 12. C. eod. arg. l. 32. ad l. Aquil. l. 105. d. V. O. N. 97. c. 3. N. 109. c. 1. Tr. Vol. 2. d. 25. th. 7. l. b. c. ibiq;* Bachov. *Secus d. J. Sax. p. 1. C. 28. §. 1. process. Judic. c. 43. D. Carpzov. l. 4. t. 3. R. 26. n. 4 in fin. d. Const. 28. d. 64. n. 3. Et seqq.* Cumque mulier sit privilegiata ratione dotis, cujus magnus est favor in jure, ita ut pro ea in ambiguis pronunciari soleat: *l. 85. d. Reg. J.* non minus utiliter disceptatur. An etiam pecuniis pupillaribus sit anteferenda? quæ de reali quoties Gorlitii disceptata, & decisum fuit, quod non, propter statuti verba, quæ ita habentur. *Es will jhm auch E. E. Rath vorbehalten habē den Weinkeller/Salkvorbar Geschos/vnd Stewer / vnmündiger Kindergelt/vnd dergleichen.* Ex quibus inferunt, dotis non fit mentio, E. est postponenda pecuniis pupillaribus. Quæ verò consecutio? Pecuniæ hereditariæ, pecuniæ funerariæ, pecuniæ depositæ, pecuniæ ad conservationem & refectionem ædium vel fundorum, ut & impensarum in culturam agrorum, & in frumento sementario factarum quæ omnia privilegiata d. q. omni-

omnibus late D. Carpzov. *d. C. 28. d. 35. 36. 37. & seqq.* non fit mentio. An igitur hæ species omnes postponendæ erunt? quod absurdum profecto esset dicere. Et licet statuta non nisi interpretationem strictam admittant secundum *l. 64. §. 9. sol. matr. l. 99. d. V. O. arg. l. 12. de jud.* attamen in hoc textu interpretatio haud adeo strictè est facienda ne inde aliquid absurditatis sequatur *l. 7. d. bon. libert. l. 4. §. ult. d. offic. pro conf.* quod in hoc statuto fieret, si saltem enumeratarum species ratio habenda esset, cum tamen in statutis mens magis, quam verba attendantur *l. 15. §. 4. locat. Tennin. in tr. caut. 70. n. 20.* vel casus in iis omissi dispositioni juris comūnis relictī esse censeantur *l. 22. sol. matr. Jason in l. 6. d. cond. ob causam n. 1. Tiraq. in tr. d. primog. q. 40. n. 194. D. Carpz. l. 3. t. 3. R. 29. n. 9.* secundum enim jus comūne jura statutaria sunt interpretanda *l. 2. d. nox. actio. Tennin. caut. 33. n. 6. D. Carpzov. l. 2. t. 3. R. 41. n. 5. & p. 3. C. 20. d. 10. n. 6. & tract. Crimin. p. 2. q. 75. n. 36.* Etiam per verba impropria ne præjudicent Juri Communi vel illud lædant. D. Carpzov. *l. 6. t. 5. R. 49. n. 19.* In dicto autem statuto ita est provisum, ut casus illi, qui ibi expressè non reperiuntur decisi secundum jus commune Saxon. declarari & determinari debeant. At qui J. Sax. hunc casum exprimit *l. 1. art. 21.* quod scil. mulier pecuniæ pupillari sit anteferenda, quod jus postea per *d. Const. 28. & process. Jud. c. 43.* fuit confirmatum. Præterea pecunia hereditaria, & similes species de quibus supra mentio fuit facta, in suo precio privilegio & classe relinquuntur, cur igitur dos mulieris deterioris conditionis esse debeat? rationem non video: Illa enim ratione dotis non tantum jus prælationis *l. 10. C. d. jur. dot. l. un. §. 1. C. d. rei ux. act. §. 29. J. d. act.* sed etiam hypothecæ habet *l. 12. l. 29. & seqq. C. d. jur. dot. l. 12. §. 2. l. ult. C. qui pot. in pign. Auth. quod obtinet. C. d. pign. cum multis aliis N. 97. c. 3.* ubi iis profertur, qui ad conservationes fundorum pecuniam crediderunt: Hoc autem privilegium perdit mulier si sciens, prudensque viro obærato nupserit, ejusque bonis illam intulerit D. Carpzov. *l. 4. t. 3. R. 25.* Ejusmodi privilegia pupillis minimè tribuuntur,

ent, qui saltem jus tacitæ hypothecæ ratione administratio-
nis in bono tutor habent *l. 20. C. d. admin. tut.* nisi ex pecunia
pupillari tutor pro se, & suo nomine rem aliquã emerit, tunc
ipsi pupillo jus prælationis facile largior ex *l. 7. ff. & C. qui
pot. in pign. l. 3. d. reb. eorum qui sub tut.* Illud n. est necessari-
um consequens hypothecæ; quã positã, necesse quoque est,
ut jus prælationis in re emptã ponatur *d. l. 7. Bachov. ad Tr.
V. 2. d. 24. th. fin. l. D. D. Carpzov. l. 4. t. 4. R. 33. n. 20.* Imo
Dominium bonorum emptorum ex pecuniã pupilli vel mi-
noris ad ipsos pupillos pertinet per *d. l. 7. l. 2. quand. ex fact.
tut. notant gl. & Dd. in l. 8. C. d. rei vindic.* Costaldus ad *l. 26. d.
R. C.* Idem de omnibus aliis pronunciandum quorum num-
mis res emptã est *l. 7. ubi Sichard. n. 8. C. qui potior in pign.
Beuther. d. jure prælat. p. 1. c. 19. 21. 55. & seqq. Dan. Moller. ad
p. 1. c. 28. n. 73. p. 3. C. 21. n. 21 & seqq.* Verum hodie in dise-
riminatim magno abusu in judiciis, & concursu creditorum
privilegium pupillare præfertur, nec illius privilegii ullius
ratio (quod tamen esse debet) habetur, multominus consi-
deratur: An tutores pecuniam pupillarem manifestè in-
usum proprium converterint sive aliis crediderint, & bona
nomina fecerint, in quibus saltẽ, ut in aliis rebus levem cul-
pam tenentur præstare *l. 18. d. tut. & Curat. distr. l. 4. l. 7. C. d.
arbitr. tut. l. 10. l. 33. d. admin. tut. l. 4. C. eod. D. Carpzov.
l. 5. t. 8. R. 66. n. 2.* Tutela enim onus est, cum maximis incom-
modis conjunctum: Durum itaque esset, si majorem: quam
in suis, rebus alienis, ex quibus nec quicquam sperandum
est, & ad quæ se spontè non obtulerunt, diligentiam adhibe-
re cogentur, nisi vel in propriis sint diligentissimi, vel ipsi
se se administrationi obtulerint, quæ tamen levis culpa non
cum eadem qualitate in heredes, quæ adversus defunctum
competebat transit *l. 11. C. d. hered. tut. l. 2. C. d. magistr. Con-
ven. l. 4. C. eod.* Magnificus Dn. Frantzkius Cancellarius &
Consiliarius Saxonicus Intimus, Patronus meus Opt. Max.
Disp. 3. q. 9. & 10. Ad contraria alio tempore. VI. Dissol-
vitur per cessionem societas §. 8. *I. de socit. l. 4. l. 65. §. 1. pro soc.*
non vero sola decoctio sufficit, quæ non proxima, sed remo-
tior

tior egestatis causa, verum exigitur, ut de Cessione constet.
d. §. 8. ubi Imperatori Justin. non sufficit socios bonis lapsos esse, sed aperte etiam requirit, ut socii suis bonis cesserint Schegk. *disp. 19. tb. 15. l. C. & ita d. l. 4. §. 1. accipiendus* Bach. *ad Tr. V. 1. d. 27. tb. 11. l. C. Hillig. l. 6. c. 14. l. f. Meier. tb. 14. n. 29.* De novo si societatem coire velint ipsis hoc licitum est, collatio enim operæ societati multum prodest Hillig. *d. l. l. g.* VII. Judiciū redditur elusoriū & inane quia cedens neq; agere, neq; conveniri potest ab his quibus cessit *l. 17. d. recept. qui arb. l. 4. §. 2. & seqq. d. cess. bon. Meierus d. l. tb. 15. in fin.* VIII. Effectus est, ut cessionarius majorem summam, quam cedentis exolverit, à debitore non possit exigere *l. 22. l. 23. C. mandat.* Cuinam autem superfluum in tali cessione venire debeat? magnum litigium est inter Dd. modernos, Dn. D. Finckelth. *Obl. 17.* statuit quod illud superfluum lucro debitoris cedi debeat, cum potissimum in ipsius favorem constitutiones in *l. 22. 23. C. mand. Auth. minores C. qui dare tut. vel cur. sint conceptæ* D. Carpzov. *v. p. 2. const. 30. d. 37. n. 8. l. 5. r. 5. R. 33. n. 19.* restringit illud ex *d. l. ult.* ad tres casus, ut, si quis uni partē vendat, donet partē, vel eidē unā partē vendat & alteri cuidā tertie personæ interpositæ alterā partem donet, vel alicui donet totum, sed tacitè & clam aliquid accipiat, ubi cessio debiti pro minori quantitate facta superfluum non ad cessionarium, neque ad cedentem, sed lucro debitoris cedi debere asserit. Extra hasce verò species modo enumeratas superfluum illud non debitori, sed cedenti remanere debere scribit, & ita in hâc parte, à Dn. Finckelth. divortium facit *d. d. 37. n. 3.* quam tamen assertionem in *d. R. 33. n. 25.* correxit, & dictum superfluū cum reliquis in annullatâ cessione filco non ex ipsis verbis rescripti de cessionibus, sed ex eorum interpretatione attribuendum esse putat *d. R. 33. n. 13. n. 35. 36. & seqq.* ubi & hanc suam novam sententiam aliquot rationibus confirmat. Quicquid sit salvâ tanti, & de Jurispr. nostra meritissimi viri, autoritate insistens vestigiis Dnn. Præceptorum honoratissimorum & Dn. Finckelth. contrarium defendi potest. Ad contrariæ assertionis fundamenta in ipso



disputationis actu. IX. Effectus in eo consistit, quod cessionarius debitorem, cuius nomen vel debitum ipsi est cessionum, statim convenire, & contra eum utilem, non vero actionem directam exercere possit *l. 2. §. 1. d. Curat. bon.* Quemadmodum enim per venditionem actiones utiles tribuuntur *l. 3. l. 7. l. seqq. C. d. hered. vend.* si modo justa causa adsit dotis *l. 2. C. d. O. & A. solut. l. 6. C. d. t. l. ult. C. si fisc. & priv. donationis l. penult. C. mand. l. 2. C. d. donat. legati, l. 18. C. d. legat. pign. l. 4. C. quæ res pign. l. 7. C. d. hered. vend.* Ita etiam per cessionem actionum utiles, non directæ tribui solent *dd. ll. l. 20. C. d. pact. Donell. l. 15. C. 43.* Directæ enim cedentium ossibus & visceribus ita inhærent, ut ab eis ne unquam divelli, nec in eum, cui cessio est facta transire possint: *l. 5. l. ult. C. d. hered. vend. l. 18. C. d. legat. l. fin. C. d. transact. l. 1. C. d. O. & A. Bachov. ad Tr. V. 1. disp. 15. th. 5. l. D. Disp. 16. th. 10. l. B. d. 25. th. 10. l. D. v. 2. d. 19. th. 8. l. B. d. 28. th. 6. l. f. Hillig. d. c. 43. l. I. l. 19. c. 1. l. D.* ideoque eæ penes cedentem manent *l. 3. de Novat. l. 3. C. Mandat.* Utiles vero actiones cessionarius proprio nomine exercere potest *l. 55. de procurat. l. 1. C. de obl. & Act. l. 1. C. d. Magistr. conv.* quas etiam salvas retinet, licet directæ cedentis actio extincta fuerit *Hillig. l. 22. c. 2. l. G.* Et quamvis negari non potest, quod directæ, & utiles actiones concurrere valeant, *Bachov. in Tr. d. act. disp. 4. th. 3.* non tamen inde firmiter concluditur, quod etiam cessionarius ex suâ personâ directam habeat: Verum dicta assertio non adeo simpliciter, sed cum quadam limitatione & respectu duarum personarum contrahentium, in quibus directæ, & utiles actiones concurrere possunt, est intelligenda, veluti id ex *l. 5. §. 3. d. rei vind. l. 9. §. 1. d. damno infect.* explicat *Bachov. ad Tr. V. 2. d. 20. th. 6. l. d.* ita tamen, ut altera nomine proprio, altera alieno intenteretur: *l. ult. C. quando fiscus, vel privat. l. 1. C. d. O. & A. Bachov. d. disp. 4. th. 3. d. Act.* X. Executionem paratam cessionarius ex instrumento sibi cesso habet *Coler. d. p. 2. c. 2. n. 58.* Quia privilegia concessa principali conceduntur etiam cessionario *l. 3. l. fin. C. d. privil. fisci:* adeò, ut ipse agere, & ab invito exigere queat *l. 7. C. d. hered. vend. l. 6.*

C.

C. d. O. & A. l. 55. d. procur: Verus enim creditor est re & effectu post cessionem, cui instrumentum est cessum, cum cedens saltem subtilitate juris maneat Hillig. *l. 15. c. 43. l. L. & N.* at tamen antequam parata ei executio conceditur instrumentum Obligationis, non solum producere, verum etiam de cessione sibi facta, & titulum traditionis, quo instrumentum illud consensu Domini ad ipsum pervenerit, alio fide digno instrumento Judiciali vel extra judiciali specialiter docere debet Tennin. *caut. 17. n. 33. & caut. 247. n. 1 & seqq.* D. Carpz. *p. 1. C. 17. d. 33.* Berlich. *p. 1. Concl. 18. n. 16. & seqq.* quod ita procedit, etiam si cessionarius mortuus fuerit, nihilominus ista cessio subsistit, ut nec novus heredum consensus, vel mandatum vel cessionis instrumentum requiratur, veluti in causa Andreae Tschant zu Tornburg/ contra Caspar Weidnern à Nobilissima curia provinciali Jenensi pronunciatum fuisse refert in collegio processus §. 6. reg. 7. Nobiliss. Dn. Præses: In bonæ fidei possessore non requiritur, ut titulum suum demonstret, sed sufficit quod possideat *Col. p. 2. C. 2. n. 77.* At si cessio liquido non probetur, satis est cautio rathibitionis, & legitimus titulus, quo hanc cessionem docere possit, & si hoc modo non fuerit satis probata, nec ei defertur juramentum in supplementum Jason *in repetit. l. 31. de jure jur. 264.* An verò ad petitionem cessionarii debitor capi possit, sicuti ad petitionem principalis creditoris? Affirm. quia omne jus competit cessionario, quod creditori competit Baldus *in l. si sit legat. §. si quis d. leg. 1.* An cessionarius, sive paratam executionem instituat, sive non, compensatio ejus nomine, quod ipse cedens debet, objici possit, quæstionis est? Quod affirmant A. Fab. *l. 12. conjeet. 9.* Bachov. *ad Tr. V. 1. disp. 25. th. 10. l. d. inter act. direct. & utilem distingventes.*

20. Sequuntur tandem Cognata, & Pugnancia. Cognata sunt 1. Pacta in creditorem & debitorem de non petendo vel remittendo debito *l. 17. §. ult. l. 8. l. seqq. de pact.* 2. Ejuratio bonæ copiam, quæ est jurare sibi bonam copiam non esse æris alieni dissolvendi, Calvin. *Lex: Jur. pag. 369.* 3. Est beneficium novarum tabb. qn. creditores debitas pecunias cum

cum usuris persolvere non tenentur ipsis creditoribus, & abolitis prioribus debitis novæ tabb. conficiuntur. Cœlius *l. 12. c. 20. antiq. lect. Calvin p. 1108.* 4. Beneficium S^ci cuiusdam de bon. Senatoris distrahendis per curatorem, cujus meminit *Cujac. in τ.* 5. Æstimationis beneficium à Jul. Cæsare inventum, cujus meminit *lib. 3. comment. d. bell. civ. in princ.* 6. Induciæ moratoriæ, quæ justis de causis ab Imp^p. sunt introductæ *l. 2. l. 4. C. d. precib. Imper. offerend. l. ult. C. qui bon. Cedere. poss. Hillig. l. 22. c. 9. lit. E D. Carpzov. p. 2. C. 22. d. 29.* 7. Missio in bonorum possessionem, quia cedens non statim desinit esse Dominus, ante distractionem bonorum, vel litem contestatam arg. *l. 4. C. qui bon. Ced. poss. Hillig. l. 19. c. 4. l. D.* ex quâ missione interim creditores fructus, qui ex bonis creditoris percipiuntur, (ut sunt fruges ex prædio, mercedes jumentorum, & servorum &c.) vendere, vel locare queunt *l. 8. §. 1. l. 9. §. 6. d. reb. autb. jud. poss. nisi aut omiſſa venditione & locatione tantum percipiatur, quantum si locati, vel distracti essent, perciperetur d. l. 9. §. 6. aut illi jam ante sint à debitore distracti vel locati. Nam talis locatio, vel alienatio quamvis minori precio, non tamen in fraudem creditorum facta sit, servanda est l. 8. §. 1. & seq. d. t.* In arbitrio autem creditorum est fructus quocunque modo alienare, vel locare, si modo dolus absit *d. l. 8. §. 3.* Nihil quoque interest, quando plures creditores concurrunt, an ipsi fructus vendant vel locent, vel aliis vendendos committant, quod si debitores inter se cōvenire haud possint, Prætor causâ cognitâ unum eligit, qui hisce præsit *d. l. 8. §. ult.*

Contraria sunt: 1. Revocatio: Cedentibus enim licitum est pœnitere, ac sese defendendo, vel solvendo efficere, ne bona veneant *l. 3. l. 5. d. cess. bon. l. 2. C. eod. tit.* vel nomina appellentur, quia per cessionem non statim dominium transfertur, nisi cessionariis plenaria possessio concessa fuerit. *Berlich. p. 2. C. 29. n. 28.* Ad hanc autem revocationem duo necessariò requiruntur: 1. Ut solutio sufficiens & certa offeratur. 2. Ut res adhuc sit integra, h. e. venditio bonorum non-

nondum sit facta *l. 2. l. seqq. d. cess. bon. l. 8. d. distr. pign.* An
 autem juri seu facultati cedendi bonis renunciari possit *Neg.*
per l. 14. §. 1. solut. matrim. Donell. l. 27. c. 9. 2. Arrestum,
 quo res debitorum detinentur, ita ut cedi nequeant *Coler. p.*
1. c. 2. n. 160. 3. Novationes *§. 3. I. quib. mod. toll. obl. l. 1. d.*
nov. 4. Exceptiones *l. 112. d. R. I.* 5. Præscriptiones. 6.
 Transactiones. *l. 14. 17. 19. 24. C. d. transact.* 7. Delictum
 creditoris, qui rem vi rapuit *§. 5. I. d. vi bon. rapt. l. 13. quod*
metus causa: l. 7. d. vi privat. 8. Statutum. Quicquid enim
 pacto fieri, illud etiam per consuetudinem & statutum intro-
 duci potest *Berlich. p. 2. C. 28. n. 20. Hering. c. 6. n. 219.* Qua-
 le statutum heredes ligat, *l. 24. ad SCtum Trebell.* non verò
 extraneos, arg. *l. fin. d. jung. l. 63. d. edilit. edicto. Bächov. ad*
Tr. V. 1. disp. 1. tb. 10. lit. D. D. Carpzov. p. 2. Const. 15. d. 53. n.
45. In Repub. autem populi Dei obæratii debitores & horum
 liberi in vincula coniecti sunt à creditoribus *Lev. 23. vers. 33.*
2. Reg. 4. Matth. 5. v. 25. 26. c. 18. v. 25. 30. Apud Hispanos
 nullum cessionis beneficium est teste *Covarruv. l. 2. c. 1. n. 4.*
 quod limitatum esse asserit ex consuetudinibus Gallia & Bra-
 bantia, ubi exteris non est permittum cedere bonis *P. Gre-*
gorius l. 22. syntagm. c. 9. n. 16. sicuti in Italia statuta sunt, ex
 quibus debitor ob æs alienum cedendo bonis non liberaba-
 tur, sed in carcerem conjiciebatur, *Menoch. d. arb. Jud. quest.*
l. 2. cas. 183. n. 3. Idem in Gallia, Hispania, & Florentia con-
 stitutum est, quod non tantum debitor ab æs alienum in car-
 cerem detrudi, verum etiam in manus creditorum assignari
 queat, ut operas in compensationem debiti præstet, *Hering.*
c. 6. n. 258. quem rigorem jus antiquum Sax. sequitur, quo
 debitor ad manus creditoris condemnatur, si solvendo non
 existat ut ille in vinculis, & compedibus operas serviles præ-
 stet: donec debitum servitiis præstandis solvat *der Schuldi-*
ger wird seinem Gläubiger an die Hand ic. Landr. l. 3. art. 39. in
princ. Weichbild Art. 37. Coler. p. 1. c. 6. n. 128. D. Carpzov.
p. 2. C. 22. d. 11. n. 3. quam consuetudinem etiam hodie extra
 territorium electorale observare testis est, *Hering. d. c. 6. n.*

257. D. Carpz. *d.l.n.n.* Verum, quod dictam consuetudinem attrinet illa hodiernis moribus est penitus abrogata per p. 2. C. 22. & in Electoratu usurpatur poena carceris publici, der Schuldthurm in quem ob non solutum debitum extrudendus est, berührte Gläubiger werden vff ander Wege nicht zu behandeln/ so soll er 2c. antequam debitor ita molestia carceris afficiatur singula quæque, quibus debitor iuari queat, ponderanda voluit Sereniss. Elector hâc Constitut. & in edicto Torgensi An. 1583. Rubrica von denen/ welche mehr vff bor gen/ dann sie zu zahlen vermögen/ Adde processum Judic d. An. 22. t. 52. ubi quinque requisita occurrunt. De quibus D. D. Carpzov. ubi pluribus tractat quæ ad hanc materiam spectant. Atque hæc hac vice de hac materia sufficiant de quâ etsi plura afferri potuissent, sed & tempus & charta receptui canere iusserunt. Interim
Gratia sit ubique Immortali Deo.

Additamenta

Consuetudo irrationabilis valere potest.
Comes Palatinus naturales à seipso procreatos legitimare non potest contra Bahov. ad Tr. v. 1. d. 1. th. 9. l. 6. statuo.

Nuptiæ absq; Parentum consensu possunt subsistere.

Nulla datur semiplena probatio de Jur. Civ.

Heres ex legato & fideicommissio conjunctim quartam petere potest bene Hillig. ad Donell. l. 7. c. 28. l. c.

Petitorium & possessorium possunt cumulari.

Donationes ob causam, quæ liberis Emancipatis fiunt à Parentibus vel quando Mater filii bona administrat, & ipsi filio alimenta & sumptus suppedi-

ditat, tunc utiq; ea omnia in futurâ hereditate in
collationem veniunt l. 13. C. fam. ercisc. l. 12. C. d.
collat. D. Carpz. l. 6. t. 7. R. 71. sive ab intestato
l. 13. C. d. collat. sive ex testamento successio here-
dibus fuerit delata Novell. 18. c. 6.

Usura suprâ licitum modum data conditione inde-
biti repeti possunt. l. 26. in pr. d. condict. indeb.
l. 18. C. d. usur.

Adjecto rectè solvi potest.

Jus non decrescendi locum habet in feudis.

Quibus est jus Patronatus in Ecclesiasticis, illi, &
jus instituendi & removendi Pastorem habent,
arg. c. 12. d. heretic. præsertim in iis locis, ubi di-
versitas est religionis, & illud jus principaliter pe-
nes Catholicos est.

Nulli senatori vet Burgimagistro immunitas à con-
tributionibus militaribus competit, nisi specialiter
beneficium hoc ipsis sit concessum. D. Carpzov. l.
4. t. 10. R. 75. n. 4.

Improbi feneratorum extra ordinem criminaliter pu-
niri possunt notant Dd. ad l. 20. C. ex quid caus.
in fam. irrog. Molin. in tract. d. usur n. 156. Ubi
testatur hanc sententiam in Parlamento Pari-
sienfi servari.

Citatio in subsidium extra territorium Principis
locum ~~non~~ habet.

Leu-



*Leuteratio contra Leuterantem non admittitur D.
Carpzov. l. 3, t. II. R. 102. n. 20.*

*Clarissimo atq; eximio Dn. Godofredo Scheffero J. U. Docto-
rando Amico suo svavissimo.*

Dum Doctoreali Juris tua tincta liquore
Penna notat, qui quis cedere jura queat.
O Scheffere! Themis quid agit? quid cedimus illi?
(Vox ejus sancto vertice missa sonat.)
Per caput hoc; habeat Famam: seu munera ditis,
Poscat Amalthea, Cyprigenave Dea!
quod quò sic cedat animitus precatur

Præses.

Ardua moliris, genimen Scheffere, Themistos
Nec non Aonia portio magna tribus,
Dum cathedram scandens defensas tmemata docta
Publicitus Claro Præsede Fibigio.
Tmemata qua Pallas Jurisq; peritus Apollo
Collaudant, gemino pollice quæq; probant.
Auguror eventum, mox gloria digna sequetur,
Cum Doctorealis, Te, decorabit apex.
Profit honor! dicam tunc: dissertatio proficit,
Jam dico, en plausum tota theatra cient.
Amico & conterraneo suo honoratissimo gra-
tulabundus scribebat

Johannes Kùbell Zittaviâ Lusatus.

Cui Themis alma favet; cui fautor Apollo sacrata
Pandit, & ad quævis dona petenda vocat;
Hæc quis adire neget? quis versâ fronte repugnet
Munere tam magno, deliciisque frui?
Est, reor, haud minimi signum hoc insigne favoris:
Quo Themis alma suos, quo vel Apollo, tenet.
I, Cognate, diu dum jussus adire sacrata hæc:
Æterna Famæserta parata Tibi.

Cl. Dn. Doctoreando Patrueli meo gratulabundus adposui.
Ehrenfrid Scheffer.

F I N I S.

1017


ULB Halle 3
003 007 09X



80







1644, 1
1

INAUGURALIS
De
ONIBUS

uam
pirante Gratiâ
Magnifici atque Nobilissimi
is in illustri Salana,

RÆSIDIO,
R I

nsultissimi atq; Excellentissimi,
FREDI FIBIGII,

hâc Academia celebra-
ci gravissimi, Dicasterii Pro-
dessoris meritissimi, Præce-
Hospitis sui, omni ho-
ntiæ cultu ætatem
quendi.

ilegis & immunitatibus
oq; iure consequendis.

rum disquisitioni
add. *Maii exhibet*
Hesser Gorlitius.

N Æ
OBENSTEINIANO.
DC. XLIV.